



ov 22.

~~1160~~


I.  
Theologie.

~~1269~~

228.

1272

- 1 Bullinger de origine erroris
- 2 Lutherus de captivitate Babilonica
- 3 Husi martyriū processus consistorial.
- 4 Bullinger de gratia Dei justificante
- 5 Confessio et apologia pastorum  
municipiū Magdeburg:



*K. adam*

DECA  
PTIVITATE  
BABYLO  
NICA  
ECCLESIAE  
PRAELVDIVM  
Martini Lutheri

No 1284 \*





Numina coelestem nobis peperere Lutherum:  
Nostra diu malus saecula videre nihil,  
Quem si Pontificum crudelis deprimit errora  
Non feret iratos impla terra Deos.

Universitäts- und Landesbibliothek  
Halle

I H E S V S.

MARTINVS Lutherus August. Hermāno Tulichio suo, Salutē.

**V**ELIM/nolim/cogor indies eruditior fieri: tot tātisq; magistris certatim me urgētibus & exercētibus, De indulgētis ante duos annos scripsi: sed sic: ut me nunc mirū in modū poeniteat editi libelli. Harebam enī id tēpotis magna quadā supstitione Ro. tyrānidis: unde & indulgentias nō penitus reiciēdas esse cēsebam: quas tāto hominū cōsensu cernebā cōprobari. Nec mirū: quia solus tū uolebā hoc saxū. At postea/beneficio Syluestri & fratrū adiutus qui strēnue illas tutati sūt: itellexi eas aliud nō esse/quā meras adulatorū Romanorū imposturas: qbus & fidē dei: & pecunias hominū perderent. Atq; utinā a Bibliopolis queā ipetrare: & oībus qui legerūt persuadere: ut uniuersos libellos meos de indulgētis exurāt: & pro oībus quæ de eis scripsi hanc propositionē apprehendāt.

INDVLGENTIAE sunt adulatorū Romanorū nequitia.

**C** Post hęc/Eccius & Emser cū coniuratis suis: de primatu Papæ me erudire coeperūt. Atq; hic etiā: ne hoībus tā doctis i gratus sim: cōfiteor me ualde pmouisse eorū opa. Nepe/cū Papatū negasē diuini: admisi esse hūanū iuris. Sed ut audiui & legi subtilissimas subtilitates istoꝝ Trossuloꝝ: qbus suū idolū fabre statuūt (est em̄ mihi i genū in his rebꝝ nō usq; qꝝ idocile) scio nūc & certꝝ sum: Papatū eē regnū Babylōis: & potētia Nimroth robusti uenatoris. Proinde & hic: ut amicis meis oīa psperime cedāt. oro librarior: oro lectores: ut his q sup hac re edidi exustis. hęc ppositionē teneant.

PAPATVS est robusta uenatio Ro. Episcopi. Probat: ex rōnibus Eccianis/Emseranis/& Lipsensis Lectoris Biblicl.

**C** NVNC de utriusq; speciei cōmunionē mihi schola luditur: & de nōnullis aliis maximis rebus hic labor est: ne & hos frustra cratippos meos audiā. Scripsit quidā frater Cremonēsis Italus: reuocationē Martini Lutheri: ad sanctā sedē. Hoc est: qua nō ego (ut uerba sonāt) sed qua ipse me reuocat: sicut enī Itali hodie incipiunt latinisare. Scripsit in me de utraq; specie sacramenti: frater alius Lipsensis Germanus: lector ille (ut nosti) totius Canonis Biblicl: facturus (ut audio) adhuc maiora & mira mirabilia. Italus sane cautus: nomen suum obticuit: forte exemplū Caletani: & Syluestri ueritus. Lipsensis cōtra: sicut decet strennuū & ferocem Germanū: multis tituli uersibus: nomē suū: uita suā: sanctitatē suā: scientiā suā: officiū suū: gloriā suā: honorē suū: pene & Calopodta sua celebrauit. Hic proculdubio nō mediocria discā: qnquidē ad ipsum filiū dei scribit nuncupatoria Epistola: tam familiares sunt hi sancti Christo regnāti in coelis. Deinde/ tres mihi picæ hiciuident loq: una bene latina: altera melius græca: tertia optima hebraica

A ii

2 DE SACRAMENTO

Quid hic mihi: Hermanne mi agendum putas aliud: quam ut aures arrigam?  
Res Lipsiæ agitur per obseruantiam sanctæ Crucis.

¶ Hactenus ego stultus sensi: pulchrum fore: si pro laicis utraq; species sacramenti porrigenda statueret Concilio generali. Hanc sententiam frater plus quam doctissimus correcturus dicit. Neque preceptum esse: neque consultum: siue a Christo: siue Ap[osto]lis: ut utraq; species porrigat laicis: ideoque Ecclesiæ relictum iudicio: quid hic faciendum/omittendumue sit: cui necesse sit obedire. Hæc ille.

¶ Rogas forte/ quæ intemperiam hominem agitent: aut contra quæ scribat. Cum ego: non damnarim unius speciei usum: & Ecclesiæ iudicio reliquerim: utriusque usum statuendum. Id quod & ipse conatur asserere: eo ipso contra me pugnat. Respondeo/ id genus disputandi omnibus familiare esse: qui contra Lutherum scribunt: ut hoc asserant quod impugnant: aut fingant quod impugnet. Sic Syluester: sic Eccius: sic Emser: sic Colonien[sis]. quoque & Louanien[sis]. a quorum ingenio si hic frater recessisset: contra Lutherum non scripsisset.

¶ Sed accidit huic homini aliquid præ cæteris feliciter. Cum enim esset probatur/ neque preceptum: neque consultum: sed arbitrio Ecclesiæ relictum utrius speciei usum inducit scripturas quibus probet: precepto Christi esse unam pro laicis statutam speciem. Ut sic uerum sit: nouo hoc scripturæ interprete: unam speciem non preceptam: & simul præceptam esse a Christo. Huius genere disputationis noua: scis ut Lipsiensis isti Dialectici peculiariter utantur. Nonne & Emser cum priore suo libello profiteretur: sese candido de me loqui: & a me conuictus de deterrima inuidia foedisque mendaciis: in posteriore me confutaturus: utrumque plane confitetur: & nigro & candido animo sese scripsisse. Bonus scilicet uir: ut nosti.

¶ Sed audi nostrum speciosum speciatorum: apud quem idem est: arbitrium Ecclesiæ: & preceptum Christi. Rursus/ idem preceptum Christi: & non preceptum Christi qua dexteritate probet: unam tantum speciem laicis: precepto Christi: id est: arbitrio Ecclesiæ/ dandam. Literis enim maiusculis signat in hunc modum.

FUNDAMENTVM INFALLIBILE. Deinde/ tractat cap. vi. Iohan. incredibili sapientia: ubi Christus de pane cœli & pane uitæ: qui est ipse/ loquitur. quæ uerba homo doctissimus: non modo ad sacramentum altaris trahit: uerum & hoc facit: ut quia Christus dixerat. Ego sum panis uiuus & non. Ego sum calix uiuus/ concludat: non nisi unam speciem sacramenti pro laicis eo loco institutam. Quod uero sequitur. Caro mea uere est cibus: & sanguis meus uere est potus. ite/ Nisi manducaueritis carnem filii hominis: & biberitis eius sanguinem: cum pro utraque specie uideretur fraterno cerebro: inuicte contra unam pugnare: huius quam feliciter & docte eludit: in hunc modum. Quod Christus his uerbis aliud non uoluit: quam qui unam speciem acciperet: sub eadem utrumque carnem & sanguinem acciperet. Hæc ille pro fundamento suo infalli-



bili: tam digne sancta: coelestiq; obseruantia structura.

¶ Ex isto nūc disce & tu quaeso mecū/Christū cap. vi. Iohan. p̄cipere unā  
speciē: sic tamē: ut hoc ipsum p̄cipere sit id: quod relinquit arbitrio Ecclesiae  
Ad hęc/Christū in eodē capitulo loqui dūtaxat de laicis: non de presbyte-  
ris. Nam/ad hos nō pertinet panis viuus de cœlo. Id est. una species sacra-  
menti: sed forte panis mortis de inferno. Iam/quid de diaconibus & hypo-  
diaconibus fiet: qui neq; laici sūt: neq; sacerdotes. hos oportet: hoc eximio  
autore: neq; una: neq; utraq; specie uti. Intelligis mī Tulichī: morē tractan-  
dæ scripturæ obseruanticū & nouū. Sed & hoc discēs: Christū Iohan. vi. de  
sacramēto eucharistiæ loqui: cū ipse doceat se loqui de fide incarnatī uerbī  
dicēs. Hoc est opus dei/ut credatis in eū quē ille misit. Verū/huic Lipsensi  
Bibliorū professori: hoc donandū est: ut e quolibet scripturæ loco probet  
quodlibet. Est enī Theologus Anaxagoricus: imo Aristotelicus: cui noīa  
& uerba trāsposita eadē & oīa significāt. Sic enī aptat scripturæ testimo-  
nia per totū librū: ut si uelit probare/Christū esse in sacramēto: ausit incipe-  
re. Lectio libri Apocalypsis beati Iohannis Apostoli: quā enī hoc uerbū  
apte diceretur: tam sua dicūtur omnia: & existimat homo prudens: copia  
allegatorum se hanc suam maniam ornaturum.

¶ Præterea cætera/ne te enecem sentina huius graueo lentissimæ cloacæ.  
In fine Paulum. i. Corinth. xi. adducit: qui accepisse a Dño se: & tradidisse  
Corinthiis & panis: & calicis usum dicit. Hic iterum noster speciator: sicut  
ubiq; scripturas egregie tractās docet. Paulū ibidē pmisisse utraq; speciē:  
non tradidisse. Quarīs unde probet? E capite suo: sicut & illud Iohan. vi.  
Nam hūc lectorē nō decet rationē reddere eorū quæ dicit: cū sit de p̄fessioe  
eorū: qui uisionib; suis oīa probāt & docēt. Docemur ergo & hic: Apostolū  
eo loci non ad uniuersos Corinthios scripsisse: sed ad laicos tm̄: ideo sacer-  
dotibus illic nihil pmisisse: sed priuatos esse uniuerso sacramento. Deinde:  
quod noua grāmatica. Accepī a dño: idem sit: quod pmisum est a dño. Et  
tradidī uobis: id est. pmisi uobis. Hoc rogo insigniter nota. Nam/ hinc nō  
mō Ecclesiae: sed cuilibet passim nebuloni licebit: hoc magistro: pmisionē  
facere: ex uniuersis præceptis/institutis/ordinatiōibus Christi & Ap̄log.

¶ Video itaq; hominē hūc angelo Satanæ agitatū: & eos qui colludūt: hoc  
quarere: ut per me nomē aucupētur in mūdo: quasi digni fuerint cū Luthero  
cōgredi: sed frustrabit eos spes sua: & cōtempti nō nominabunt a me in  
perpetuū. Vna hac cōtentus ero respōsiōe ad uniuersos eorū libros. Quod  
si digni sunt quos Christus ad sanā mentē reducat: oro ut id faciat miseri-  
cordia sua. si digni nō sunt/precor ut nō cessent scribere tales libros: & ho-  
res ueritatis: ut nō alios mereātur legere. Vulgo & uere dicit. Hoc scio p̄



certo: quod si cum stercore certo / Vinco uel vincor : semper ego maculor.  
 Deinde / qui uideo illis otium & chartas abundare: dabo operam: ut negotium scribendi habeant copiosum. Praecurrant enim / ut dum gloriosissimi uictores : de una aliqua mea haeresi (ut eis uideatur) triumphant: ego interim nouam moliar. Cuplo enim & ego hos insignes belloꝝ duces: multis titulis ornari. Itaque / dum illi murmurant: a me laudari utriusque speciei comunione: & in maxima ista seque dignissima re felicissime me occupant: ego procedam & iam conabor ostendere oes esse impios qui utriusque speciei comunione laicis denegant. Quod / ut commodum faciam: praeludam de captiuitate Ecclesiae Romanae: suo tempore daturus plurima: ubi Papistae doctissimi hunc librum superauerint.

¶ Hoc autem facio: ne si pius aliquis lector mihi fuerit obuius: offendant stercoreibus istis a me tractatis: & iuste querant / sese nihil legere quod aut ingenium colat & erudiat: aut saltem occasionem det eruditis cogitationibus. Scis enim quam iniquo animo ferant amici: me occupari istorum hominum sordidis strophis: quas ipsa lectione dicunt abunde confutari: a me uero meliora expectari: quae Satan per eos tetet impedire. Horum consilia tandem statutum est sequi: & rixandi inuehendi que negotium crabronibus istis relinquere.

¶ De illo Italo: fratre Cremonensi nihil dicam. Quod homo simplex & idiota aliquot locis rhetoricis me conat ad sanctam sedem reuocare: a qua nondum me recessisse mihi conscius sum: nec ullus comonstrauit. Agit enim / potissimum locis illis ridiculis: quod gratia professionis meae: & imperii ad Germanos translatis debeam commoueri. Videtur quoque omnino / non tam mei reuocationem: quam laudes Gallorum & Romani pontificis scribere uoluisse. cui permittendum est: ut hoc quicquid opusculo: obsequium suum testetur. Nec mereatur dure tractari: cum nulla malitia uideatur agi: nec erudite confutari: cum mera inscitia & imperitia nugeat omnia.

¶ **PRINCIPIO:** neganda mihi sunt septem sacramenta: & tamen tria per tempore ponenda: Baptismus: Poenitentia: Panis: & haec omnia esse per Romanam curiam nobis in miserabilem captiuitatem ducta: Ecclesiamque sua tota libertate spoliata: Quamquam: si usu scripturae loquar uelim: non nisi unum sacramentum habeam: & tria signa sacramentalia: de quo latius suo tempore. Nunc de sacramento panis: oium prius.

¶ Dicam itaque: quid & in hoc sacramenti ministerio meditatus promoueri. Nam / quo tempore sermonem de Eucharistia edebam: in usu comunem habebam: nihil de Papae siue iure: siue iniuria sollicitus. At nunc prouocatus & exercitatus: immo per uim raptus in hanc arenam. dabo libere quae sentio. Rideant siue plorent Papistae: uel uniuersi in unum.

¶ **PRIMUM.** cap. vi. Iohannis in totum est seponendum: ut quod nec syllaba quidem de sacramento loquitur: non modo quod sacramentum nondum esset institutum: sed multo magis: quod ipsa sermonis & sententiarum consequentia: de

fide (ut dixi) incarnati uerbi Christū loqui clare ostendūt. Dicit enī: Verba mea spūs & uita sunt: ostendēs se de māducaōne spiritali loqui: qua qui comedit / uiuit: cū Iudai de carnali eū intelligerēt: ideoq; litigarēt. At nulla māducaō uiuificat: nisi fidei. hęc em̄ est uere spiritalis & uiua manducaō. Sicut & August. dicit. Vt quid paras uentrem & dentem? crede / & manducaſti. Sacramentalis enī nō uiuificat: cum multī manducant in digne: ut non possit de sacramento intelligi hoc loco locutus.

¶ Sunt sane quidā his uerbis ad sacramentū docendū abusi: ut & Decretalis / dudū / & multi alii. Sed aliud est: abusiue scripturas. aliud legitime intelligere. alioquin cū dicit. Nisi māducaueritis carnē meā: & biberitis sanguinem meū: non habebitis uitā: oēs infantes: oēs infirmos: oēs absentes: aut quoquo modo impeditos a sacramentali māducaōe dānaret: quacūq; fide pręstarent: si sacramentalē manducaōne ibi p̄cepisset. Sic August. lib. ii. cōtra Iulian. ex Innocētiō probat: etiā infantes cōtra sacramentū māducare carnē: & bibere sanguinē Christi: id est. eadem fide Ecclesię cōmunicare. Sit ergo rata hęc sentētia: cap. vi. Iohānis nihil ad rē facere. Vnde & alias scripsi: Boemos nō posse p̄ utraq; specie tuēda huic loco fideliter inniti.

¶ Duo itaq; sunt loci qui de hac re clarissime tractāt. Scriptura Euāgelica in cœna dñi. Et Paulus. i. Corinth. xi. Quos uideamus. Cōsonāt em̄ sibi Matthæus / Marcus / & Lucas: Christū dedisse discipulis oibus totū sacramentū: & Paulū utraq; tradidisse partē certū est: ita ut nullus tā impudentis frōtis unquā fuerit: q̄ aliud diceret. His adde quod Matthæus refert nō de pane christū dixisse: māducate ex hoc oēs: sed de calice: bibite ex hoc oēs. Et Marcus item nō dicit: manducauerūt oēs: sed biberūt ex eo omēs: uterq; uniuersitatis notā ad calicē: nō ad panē ponēs: quasi spiritus futurū hoc schisma pręuiderit: quod calicis cōmunionē phiberet aliquibus: quē Christus oibus uoluerit esse cōmunem. Quanta putas furia in nos infanterent: si uocabulū / omnes / ad panem: & nō ad calicē positū inuenissent: nullū nobis prorsus effugū relinquerēt / clamarent / hæreticos decernerent: schismaticos damnarēt. At cum a nostra parte stet contra ipsos: nullo finūt sese claudī syllogismo: homines liberrimī arbitrii: etiā in his quæ dei sunt: mutantis: remutandis: & omnibus confundendis.

¶ Sed finge me ex aduerso stare: & dominos meos Papistas interrogare. Totū sacramentū: seu utraq; species: in cœna dñi: aut datū est solis presbyteris: aut simul laicis. Si solis præbyteris (id em̄ uolūt) iam nullo modo licet ullā speciē dari laicis. nō em̄ temere dandū est: cui Christus: prima institutione nō dedit. Alioqn / si unā Christi institutionē permittimus mutari: iam uniuersas eius leges fecim⁹ irritas: & quilibet audebit dicere: se nō ligari ulla

eius lege aut institutione. Vna enim indiuidua tollit in scripturis maxime/ uniuersalē. Si simul & laicis: iam inuicibiliter sequitur. laicis non debere negari utranq; speciem. Quod si deneget dari petentibus: impie & cōtra Christi factum exemplū & institutionem agitur.

¶ Ego fateor: Ista me ratio: mihi iulcta: superatū nec legisse: nec audiuisse: nec inuenisse: qd cōtra dicā! Cū hic Christi uerbū & exemplū stet firmis: me: ubi nō pmittēdo: sed p̄cipiendo dicit. Bibite ex eo oēs. Si em̄ omnibus bibendū est: & illud non possit solis p̄sbyteris dictū intelligi: certe impiū est: laicos petentes ab eo arceri: etiā si angelus de cōelo hoc faceret. Nam/ quod dicūt/ Ecclesie arbitrio relictū esse: distribuendā utrā speciem: sine ratione dicitur: sine autoritate producit: & eadem facilitate cōtemnitur: qua probatur. nec cōtra aduersariū aliquid facit: qui uerbū & factū Christi nobis opponit: quare uerbo Christi est referēdus: at hoc non habemus.

¶ Si autē utra species potest negari laicis: poterit eis & pars baptismi & penitētiæ tolli: eodē arbitrio Ecclesie: cū ubiq; sit par ratio & potestas. Quare sicut totus baptismus: totaq; absolutio: ita totū sacramentū panis est oībus laicis dandū: si petāt. Satis autē miror: eos asserere: p̄sbyteris nullo modo licere: in missa unā speciem accipere: sub peccato mortali: nulla alia causa: nisi qd (ut oēs unanimiter dicūt) utraq; species: sit unū plenū sacramentū: qd nō debeat diuidi. Dicāt ergo mihi quæso: cur laicis licet diuidi: & solis eis nō dari integrū sacramentū! Nōne suomet testimonio confitent: aut laicis dandam utranq; speciem: aut una specie non dari eis legitīmū sacramentū! Quomodo in p̄sbyteris nō est sacramentū plenū: una species: & in laicis est plenū! Quid mihi arbitriū Ecclesie & potestas Papæ hic iactatur! Non per hæc soluuntur uerba dei: & testimonia ueritatis.

¶ Ultra sequit: si uini speciem potest Ecclesia tollere laicis: potest & panis specie tollere: ergo poterit totū sacramentū altaris laicis tollere: & Christi institutionē penitus in eis euacuare. Sed qua rogo autoritate! Si autē nō pōt panē aut utrūq; tollere: nec uinū potest: nec potest haberi: qd hic dici pōt aduersario: cū eandē i utra: q̄ in utraq; specie potestatē esse oporteat: si nō in utraq;: nec in utra. Opto audire: qd hic aduatores Romāi uelint dicere.

¶ Sed quod maxime omnium urget: penitusq; nec cōcludit/ Christus dicit. Hic est sanguis meus: qui pro uobis: & pro multis effundet in remissionē peccatorū. Hic clarissime uides: sanguinē dari oībus: pro quorū peccatis fusus est. Quis uero audeat dicere: pro laicis nō esse fustum! An non uides: quos alloquit dans calicē! Nonne omnibus dat! Nonne pro oībus fustum dicit! Pro uobis (inquit) esto sint ii sacerdotes: & pro multis: il non possunt esse sacerdotes: & tamen dicit. Bibite ex eo omnes. Vellem & ego hic negari fa-  
celi

P A N I S.

esse: & uerbis meis illudere uerba Christi: ut meus nugator facit. Sed scripturis redarguedi sunt: qui scripturis nituntur contra nos. **H**æc sunt: quæ me prohibuerunt Boemos damnare: qui siue sint mali: siue boni: certe uerbum & factum Christi habent pro se: nos autem neutrum: sed tantum inane illud hominum commentum: Ecclesia sic ordinauit. cum non Ecclesia: sed tyranni Ecclesiarum: contra consensum Ecclesie (id est. populi dei) ista ordinarint.

**O**bscuro autem: quæ est necessitas: quæ religio: quæ utilitas: laicis negare utramque speciem: id est signum uisibile. quando omnes concedunt eis rem sacramenti sine signo. Si rem concedunt quæ maior est: cur signum quod minus est non concedunt? In omni enim sacramento: signum in quantum signum: incomparabiliter minus est quæ res ipsa. Quid ergo prohibet inquam minus dari: quando maius datur: nisi quod mihi hac permissione irati dei uidetur contigisse: ut esset occasio schismatis in Ecclesia: qua significaret: nos rem sacramenti iam dudum amissa: propter signum: & id quod minus est: contra rem maximam & solam pugnare: sicuti quidam per ceremonias pugnant contra charitatem. Immo / conceptum uidetur hoc monstrum eo tempore: quo per diuitias mundi cepimus contra Christianam charitatem insanire: ut deus ostenderet hoc terrifico signo: nos signa maioris ducere quæ res ipsas. Quæ pueritas: si baptizando concedas fidem dari baptismi: neges autem signum fidei eiusdem. id est aquam.

**V**ltimo / stat inuictus Paulus: omnium obstruens ora. i. Corinth. ii. Ego accepi a domino: quod & tradidi uobis. Non dicit: ut ex suo cerebro frater mentis permisi uobis. Nec est uerum: propter contentionem illorum utramque speciem donasse. Primo / quod textus ipse indicat: non de utraque specie fuisse contentionem: sed de contemptu & inuidia abundantium & egentium: ut clarus est textus: discens. Alter esurit / alter ebrius est: & confunditis eos qui non habent. Deinde / quod non loquitur de prima sua traditione. non enim dicit: accipio a domino & do uobis: sed accepi & tradidi: scilicet in initio predicationis: longe ante hanc contentionem: significans utramque speciem eis tradidisse: quod tradidisse est precepisse / sicut alibi utitur eodem uerbo. Nihil ergo sunt quæ fraternalis sumus hic de permissione: sine scripturis: sine ratione: sine causa conglomerat. Aduersarii non querunt quid ipse somniet: sed quid scriptura in his iudicet: ex qua nec apicem potest producere pro suo somnio: cum illi tanta fulmina pro sua fide. proferant.

**S**urgite ergo hic uniuersi aduatores Papæ in unum: satagate / defendite uos ab impietate: tyrannide / læsa maiestate Euangelii: iniuria fraterni opprobrii: qui hæreticos iactatis eos: qui non secundum meritum capitis uestri somnium: contra tam patentes & potentes scripturas sapistis. Si utri sunt hæretici & schismatici nominandi: non Boemi: non Græci (quia Euangelis nituntur) sed uos Romani estis hæretici: & impii schismatici: qui solo uestro figmento presumitis contra euidentes dei scripturas. Eluite hæc uiri.

B

**¶** Quid uero magis ridiculū: & fraterno isto capite dignius dici potuit: q̄ Apoitolū particulari Ecclesia: scilicet Corinthiorū: ista scripsisse & pmisisse nō autē uniuersali: unde hæc probat: Ex solito penū: nēpe proprio & impio capite. cū uniuersalis Ecclesia/Epistolā hāc pro se acceptat/legit/sequit̄ in oibus: cur nō etiam in hac parte, Quod si demus unam Epistolā aliquā Pauli: aut unum alicuius locum: non ad uniuersalē Ecclesiā pertinere: iam euacuata est tota Pauli autoritas. Corinthiū enim dicent: ea quæ de fide ad Rom. docet nō ad se pertinere. Quid blasphemius & insanius hac infania fingi possit. Absit/absit/ut nullus apex in toto Paulo sit: quem non debeat imitari & seruare tota uniuersalis Ecclesia. Non sic senserūt patres usq; in hæc tēpora periculosa/ in quibus prædixit Paulus: futuros esse blasphemos & cæcos & insensatos. Quorū unus hic frater: uel primus est.

**¶** Sed demus infaniā hanc intolerabilem. Si particulari Ecclesiæ permisit Paulus: recte ergo Græci: recte Boemi faciūt: etiā te autore. sunt enī particulares Ecclesiæ. quare satis est eos nō agere cōtra Paulū: saltem permittētem. Porro/ Paulus pmittere nō potuit aliqd cōtra Christi institutū. Oppono igit̄ Roma tibi: & oibus tuis adulatorib⁹: hos Christi & Pauli fmones p̄ Græcis & Boemīs: nec poteris uno pilo mōstrare: potestātē tibi esse datā: hæc mutādi: multo minus alios p̄pter tuā præsumptionē neglectā: hæreticos criminādi: sed tu digna es/ impietatis & tyrannidis crimine accusari.

**¶** Ad hæc legimus in Cypriano: qui unus/ cōtra oēs Romanistas satis potens est: qui lib. v. sermone de lapsis/ testat̄: multis in Ecclesia illa usum fuisse laicis: etiā pueris/ utraq; speciē/ imo corpus domini in manu dari. ut per multa exēpla docet. Inter cætera e vulgo quosdā sic increpat. Et quod non statim dñi corpus in quatis manibus accipiat: aut ore polluto dñi sanguinē bibat: sacerdotibus sacrilegis irascit̄. Vides hic de laicis eū loq; sacrilegis: qui a sacerdotibus/ corpus & sanguinē accipere uoluerūt. Habes hic adulator miser qd̄ gānias: dic & hūc sanctū martyrē: unū in Ecclesia: apostolico spiritu doctorē esse hæreticū: & in particulari Ecclesia permissione usum.

**¶** Recēset ibidē historiā: se teste ac præsentē factā: ubi diaconus calicem infantī puellæ dedisse: imo reluctātī: eidem infudisse sanguinē domini: aperitissime scribit. Idem de sancto Donato legit̄: cuius calicem fractū. O miser adulator: quā frigide eludit: fractū (inquit) calicē lego: sanguinē datū non lego. Quid mirū: qui in sacris scripturis intelligit quod vult: etiā i historis legat quod vult. Sed nūquid per hoc stabiliter arbitriū Ecclesiæ: aut confutantur hæretici: Verū/ hæc abūde satis. nō enī ut illi respōderem hæc cœpī qui dignus nō est respōsione: sed ut rei ueritatem aperirem.

**¶** Concludō itaq; Negare utraq; speciē laicis: esse impiū & tyrannicū: nec

In manu ullius angelī: nedum Papæ & Cōciliū cuiuscūq; nec moror Conclium Constātiense: cuius autoritas si ualet: cur nō ualet & Basiliē. quod cōtra statuit/Boemīs licere utranq; specē suscipere: quod multa disputatione illic obtentū est: ut extātes annales: & literæ Conciliū probāt: qđ Adulator iste ignorās: adducit pro suo somnio: adeo prudenter omnia tractat.

**C**PRIMA ergo captiuitas huius sacramētī/est/quo ad ei⁹ substantiā: seu *1. Capt.* integritatē: quā nobis abstulit Romana tyrānis. Nō quod peccēt in Christum qui una specie utitur: cū Christus nō praeceperit ulla uti: sed arbitrio cuiuslibet reliq; dicēs. Quotiēscūq; hac feceritis: in mei memoriā facietis Sed qđ illi peccāt: q hoc arbitrio uolētibus uti: phibent utranq; dari: culpa nō est in laicis: sed sacerdotibus. Sacramētū nō est sacerdotū: sed omnīū: nec dñi sunt sacerdotes: sed ministri: debētes reddere utraq; specie petētibus quotiēscūq; petierint. Quod si hoc ius rapuerint laicis & ui negauerint: tyrāni sūt: laici sine culpa: uel una uel utraq; carēt: fide iterim seruādī: & desiderio integri sacramētī. Sicut baptisimū & absolutionē debēt petēti: tanq; sius habēt: ipsi ministri. quod si nō dederint: petēs plenam habet fidei suæ meritū: ipsi corā Christo serui nequā accusabunt. Sicut olim in eremo sancti patres: in multis annis nō cōmunicauerunt ulla specie sacramētī.

**C**Itaq; nō hoc ago: ut vi rapiat utraq; species: quasi necessitate pcepti ad eam cogamur: sed conscientiā istruo: ut patiat quisq; tyrannidē Romanā: sciēs sibi raptū per uisum ius suū in sacramēto: ppter pētū suū. tm hoc uolo: ne q; Romanā tyrannidē iustificet: quasi recte fecerit: unā specie laicis phibens: sed detestemur eam: ne cōsentiamus ei: tm feramus eam nō aliter: ac si apud Turcā essemus captiui: ubi neutra specie liceret uti. Hoc est/ quod dixi mihi pulchrū uideri: si generalis Conciliū statuto ista captiuitas solueret: & nobis Christiana illa libertas e manibus Romani tyranni restitueretur: & culq; suū arbitriū petēdi utēdīq; relinqueret: sicut in baptismo & pœnitētia relinquit. At nūc cogit singlis annis unā specie accipi eadē tyrānide: adeo extincta est libertas nobis a Christo donata: sic meruit ipsa nra ingrātudo.

**C**ALtera captiuitas eiusdem sacramētī mitior est: qđ ad conscientiā spe- *2. Capt.* ctat: sed quā multo omnīū periculosissimū sit tāgere: nedū dānare. Hic Vilephista: & sexcētis noibus hæreticus ero. Quid tū? Postq; Roman⁹ Ep⁹/ Ep⁹ esse desiit: & tyrānus factus est: nō formido eius uniuersa decreta: cui⁹ scio nō esse potestātē: articulos nouos fidei cōdendī: nec Conciliū quidem generalis. Dedit mihi quondā: cū Theologiā scholasticā haurirē: occasiōnem cogitandī. D. Card. Camera. libro sententiarū quarto: acutissime disputans: multo probabilius esse: & minus superfluoū miraculorum poni: si in altari uerus panis/ uerumq; uinū: nō aut sola accidētia esse astrueretur:

nisi Ecclesia determinasset contrariū. Postea uidēs: quæ esset Ecclesia quæ:  
 hoc determinasset: nēpe Thomistica: hoc est: Aristotelica / audacior factus:  
 sum: & qui inter saxum & sacrū hærebā: tandē stabiliuī conscientiā meam:  
 sentētia priore. Esse uidelicet / uerū panē / uerūq; uinū: in qbus Christi uera  
 caro: uerūq; sanguis: nō aliter nec minus sit: quā illi sub accidentibus suis  
 ponūt, quod feci: quia uidi Thomistarū opiniōes: siue probent a Papa / siue  
 a Cōcilio: manere opiniōes: nec fieri articulos fidei: etiā si angelus de cælo  
 aliud statueret. Nam / quod sine scripturis asserit: aut reuelatione probata:  
 opinari licet: credi nō est necesse. Hæc aut opinio Thomæ: adeo sine scrip-  
 turis & ratione fluctuat: ut nec philosophiā: nec dialecticā suā nouisse mihi  
 uideat. Lōge enī aliter Aristo. de accidentibus & subiecto: quā factus Tho-  
 mas loquit: ut mihi dolendū uideatur pro tāto uiro: qui opiniōes in re-  
 bus fidei: nō modo ex Aristotele tradere: sed & super eū: quē nō intellexit:  
 conatus est stabilire: infelicissimi fundamēti infelicissima structura.  
 ¶ Permitto itaq; / qui uolet utrāq; opinionē tenere: hoc solum nūc ago: ut  
 scrupulos conscientiarū de medio tollā: ne quis se reum hæreseos metuat:  
 si in altari uerū panē / uerūq; uinū esse crediderit. Sed liberū esse sibi sciat:  
 citra periculū salutis: alterutrum imaginari / opinari / & credere / cum sit hic  
 nulla necessitas fidei. Ego tamē meā nūc psequor sententiā. ¶ Prīmū no-  
 lō eos audire: nec tantūli facere: qui clamaturi sunt: hoc esse Viglephisticū /  
 Hussiticū / hæreticū / & cōtra Ecclesiæ determinationē. cū hoc nō faciāt nisi  
 illi: quos multis modis hæreticos esse cōuici in re indulgentiarū: lib. arb. &  
 gratia dei / operibus bonis / & peccatis. & c. ut si Viglephus semel fuit hære-  
 ticus: ipsi decies hæretici sint: & pulchrū sit ab hæreticis & peruersis sophi-  
 stis culpari & criminari: quibus placuisse summa impietas est. Præterea / qd  
 suas sentētiās nō alia re pbare: nec cōtrarias alia rōne iprobare possunt: q  
 dicēdo: hoc ē Viglephisticū / Hussiticū / hæreticū. Hoc em̄ elūbe in sūma sp-  
 natat salua: atq; aliud nihil / ubi si petas scripturā / dicūt. Nos sic sentim⁹ / &  
 Ecclia (id ē / nos ipi) sic detm̄inauit: adeo hoīes reprobī circa fidē & incredibi-  
 les / nobis sua phātasmatā / autoritate Ecclia / p articulis fidei audēt pponere:  
 ¶ Est aut sententiæ meæ ratio magna: imprimis illa: quod uerbis diuinis:  
 nō est ulla faciēda uis / neq; per hominē / neq; per angelū: sed quantum fieri  
 potest: in simplicissima significatiōe seruāda sunt: & nisi manifesta circum-  
 stantia cogat / extra grammaticā & propriā accipiēda nō sunt. ne detur ad-  
 uersariis occasio: uniuersam scripturā eludēdi. Quo cōsilio: recte Origenes:  
 olim repudiatus est: quod ligna / & oīa quæ de paradiso scribunt: gramati-  
 ca locutione contēpta: in allegorias uerterit: cū hinc possit duci: ligna non  
 esse creata a deo. Ita & hic: cum Euāgelistæ clare scribāt / Christū accepisse:



panem ac benedixisse. & Actus liber: & Paulus Apostolus: panem deinceps appellat: uerū oportet intelligi panem: uerūq; uinum / sicut uerū calicē. nō enī calicē trāsubstantiari etiam ipsi dicūt. Trāsubstantiationē uero potestate diuina factā. cum nō sit necesse poni: pro signēto humanæ opinionis haberi: quia nulla scriptura. nulla ratione nititur ut uidebimus.

¶ Absurda est ergo & noua uerborū impositio: panē p̄ specie uel accidētibus panis: uinū p̄ specie uel accidētibus uini accipi. Cur nō & oīa alia pro speciebus & accidētibus accipiūt? Quod si cætera oīa cōstarēt: nō tñ liceret uerba dei sic eleuare: & cum tanta iniuria suis significationibus exinaniri.

¶ Sed & Ecclesia ultra mille ducētos annos recte credidit: nec usquam nec unquā de ista trāsubstantiatione (portentoso scilicet uocabulo & somnio) meminērūt sancti patres: donec coepit Aristotelis simulata philosophia in Ecclesia grassari: in istis trecentis nouissimis annis: in quibus & alia multa perperā sunt determinata. quale est / Essentiā diuinā nec generari / nec generare. Animā esse formā substantialē corporis humani. & iis similia. q̄ nullis prorsus asserunt rōnibus aut causis: ut ipsemet cōfiteatur Card. Camera.

¶ Dicēt fortassis: periculū idolatriæ cogere: ut nō sit panis & uinum uere. Ridiculū hoc ualde: cū subtilē philosophiā de substantiā & accidētibus laici nunq̄ cognouerint: nec si docerent: capere possint. & idē sit periculū (saluis accidētibus quæ uident) quod in substantia quā nō uident. Si enī accidētia nō adorāt: sed latentē ibi Christū: cur adorarent panem quē non uident?

¶ Cur asit nō possit Christus corpus suū intra substantiā panis cōtinere: sicut in accidētibus? Ecce ignis & ferrū duæ substantiæ: sic miscetur in ferro ignito: ut qualibet pars sit ferrum & ignis. Cur non multo magis / corpus gloriosum Christi: sic in omni parte substantiæ panis esse possit.

¶ Quid faciet. Christus ex utero matris natus credit / illeso. Dicant & hęc carnē illā uirginis interim fuisse annihilatā: seu ut aptius dici uolūt: trāsubstantiatā / ut Christus in accidētibus eius inuolutus: tandē per accidētia p̄diret. Idē dicendū erit / de ianua clausa / & ostio monumētī clauso. p̄ q̄ illa itrauit & exiuit. Sed hinc nata est Babylonia illa phiæ istius / de quātitate cōtinua distincta a substantiā. donec eo uentū sit: ut ignorēt & ipsi / q̄ sint accidētia / & q̄ substantiā. Nā / qs certo mōstrauit unquā / calorē / colorē / frigus / lucē / p̄odus / figuras / esse accidētia! Deniq; / accidētibus illis in altari: coacti sunt fingere nouū esse: accreari a deo: p̄pter Aristotelē / qui dicit. Accidētis esse est inesse. Et infinita mōstra / q̄bus oībus essent liberi. si simpliciter panē ibi esse uerū sinerēt. Et plane gaudeo: saltē apud uulgū: relictā esse simplicē fidē sacramētī huius. Nam / ut nō capiūt: ita nec disputant: an accidētia ibi sint sine substantiā: sed simplici fide / Christi corpus & sanguinē / ueraciter ibi

eōtineri credūt: dato ociosis illis negotio: de eo quod cōtinet disputādī.

*Ob.* ¶ At dicent forte. Ex Aristotele doceri: subiectū & prædicatū propositionis affirmatiuæ: debere p eodē supponere: seu (ut bestia ipsius ut uerba ponā) ex. vi. metaphisicorū. Ad affirmatiuā requirit extremorū cōpositio: quam illi exponūt: pro eodē suppositionē. Quare/ dum dico: hoc est corpus meū subiectū non posse pro pane supponere: sed pro corpore Christi.

*Re.* ¶ Quid hic dicemus! quādo Aristotelem & humanas doctrinas facimus tam sublimium & diuinarū rerum censores! Cur non explora ista curiositate: in uerbis Christi simpliciter hæremus: parati ignorare quicquid ibi fiat: cōtentiq̄ uerū corpus Christi: uirtute uerborū illic adesse! An est necesse: modos operationis diuinæ omnino comprehendere!

¶ Verū/ qd ad Aristotele dicit: Qui subiectū oibus prædicamentis accidētium tribuit: licet substantiā uelit esse primū subiectū. Vnde apud eū: hoc albū/ hoc magnū/ hoc aliqd/ sunt subiecta de qbus aliquid prædicat. Quæ si uera sunt. Quare/ si ideo est trāssubstantiatio ponēda: ne corp⁹ Christi de pane uerificet: cur nō etiā ponit trāsaccidentatio: ne corpus Christi: de accidēte affirmet! Nā idē periculū manet: si p subiectū intelligat q̄s: hoc albū/ uel hoc rotundū est corpus meū: & qua ratiōe trāssubstantiatio ponit: ponēda est & trāsaccidentatio: ppter suppositionē istam extremorū pro eodē.

¶ Si autē/ intellectu excedens: eximis accidens: ut non uelis subiectū pro eo supponere/ cum dicis. Hoc est corpus meū: cur non eadem facilitate trāscendēs substantiā panis! ut & illam uelis non accipi per subiectū: ut nō minus in substantia quam accidente sit: hoc corpus meū: præsertim cum diuinum illud sit opus: uirtutis omnipotētis: quæ tantū & taliter in substantia: quantum & qualiter in accidente potest operari!

¶ Sed ne nimīū philosopheamur. Nōne Christus uidet huic curiositati pulchre occurrisse: cū nō de uino dixerit: hoc est sanguis meus: sed hic est sanguis meus! Et multo clari⁹: cū calicis miscet nomē/ dicens. Hic calix noui testamēti/ i meo sanguine. Nōne uidet nos uoluisse in simplici fide cōtinere: tantū ut crederem⁹ sanguinē suū esse in calice! Ego sane/ si nō possū cōsequi: quo mō panis sit corpus Christi: captiuabo tñ intellectū meū in obsequiū Christi: & uerbis eius simplicit̄ inhæres: credo firmiter: nō mō corpus Christi esse in pane: sed panē esse corpus Christi. Sic enī me seruabūt uerba: ubi dicit. Accipit panē: gratias agēs/ fregit & dixit. Accipite/ māducate hoc (id est. hic panis/ quē accēperat & fregerat) est corpus meū. Et Paulus. Nōne panis quē frāgimus participatio corporis Christi est! Nō dicit/ In pane est/ sed ipse panis est participatio corporis Christi. Quid si Philosophia hæc nō capit! Maior est spūssanctus quā Aristoteles. Nunquid capit trās-

substantiationē illorū: cū & ipsi fateātur: hic uniuersam philosophiā ruere:  
 Quod autē in græco & latino pronomiē/hoc/ad corpus refertur: facit simi-  
 litudo generis: sed in Hebræo: ubi neutrū genus nō est: refertur ad panem,  
 ut sic liceat dicere. Hic est corpus meū: quod & ipse usus loquēdi & sensus  
 cōmunis pbat: subiectū scilicet esse monstratiuū panis: & nō corporis: dū  
 dicit. Hoc est corpus meū: das ist mein leyb. id est. iste panis est corpus meū  
 ¶ Sicut ergo in Christo res se habet: ita & in sacramēto. Nō em̄ ad corpale  
 īhabitationē diuinitatis necesse ē trāssubstātlari humanā naturā: ut diuini-  
 tas sub accidētibus hūanæ naturæ teneat. Sed itēgra utraq; natura: uere dī  
 Hic homo est deus: hic deus est hō. Quod & si philosophiā nō capit: fides  
 tñ capit. Et maior est uerbū dei autoritas: quā nostrī ingenīi capacitas. Ita  
 in sacramēto/ut uerū corpus: uerūq; sanguis sit: nō est necesse panē & uinū  
 trāssubstātlari: ut Christus sub accidētibus teneat: sed utroq; simul manē  
 te/ uere dicit/ hic panis est corpus meū: hoc uinū est sanguis meus: & ecōtra  
 Sic interm̄ sapiā/ p honore sanctorū uerborū dei: qbus per humanas ratiō-  
 culas nō patiar uim fieri & ea in alienas significatiōes torqueri. Per mitte  
 tamē aliis opinione alterā sequi: q̄ in decretali firmiter statuit. Modo nos  
 urgeant/ suas opiniones (ut dixi) pro articulis fidei a nobis acceptari.

¶ TERTIA captiuitas eiusdē sacramēti: est longe impiissimus ille abusus: *3. Cap.*  
 quo factū est: ut fere nihil sit hodie in Ecclesia receptius ac magis p̄sualum:  
 quā Missam esse opus bonū & sacrificiū. Qui abusus deinde inundauit in *Missa.*  
 finitos alios abusus: donec fide sacramēti penit⁹ extincta/ meras nūdinas  
 cauponationes/ & quaestuarios quosdā cōtractus e diuino sacramēto fece-  
 rint. Hinc participatiōes/ fraternitates/ suffragia/ merita/ anniuersaria/ me-  
 moriæ/ & id genus negociorū in Ecclesia uendunt/ emunt/ paciscunt/ com-  
 ponuntur/ penderq; in hīs uniuersa alimonia sacerdotū & monachorū.

¶ Rem arduā: & quā forte sit ipossibile cōuelli/ aggredior/ ut quæ tāto sæ-  
 culorū usu firmata: omniūq; cōsensu p̄bata: sic insederit/ ut necesse sit ma-  
 iorē partē librorū qui hodie regnāt: & pene uniuersam Ecclesiā faciē tolli  
 & mutari: penitusq; aliud genus ceremoniarū induci: seu potius reduci. Sed  
 Christus meus uiuit: & maiori cura uerbū dei oportet obseruare: quā oīm  
 hominū & angelorū intelligētias. Ego mea uice fungar: rē ipsam ī lucē pdu-  
 cturus: gratisq; sicuti accepi ueritatē: sineq; iuidiā cōmunicaturus. Ceterū/  
 qsq; suæ salutis rationē habeat: incredulitatis suæ & ignoratæ ueritatis cul-  
 pam: in me ne ullus torq̄re possit: corā iudice Christo fideliter operā dabo

¶ PRINCIPIO: ut ad ueram liberāq; huius sacramēti scientiā tuto  
 & feliciter perueniamus: curandū est ante omnia: ut om̄ibus iis sepositis q̄  
 ad institutionē huius sacramēti primitiua & simplicem humanis studiis:

& feruoribus sunt addita: qualia sunt / uestes / ornamenta / catus / pces / organa  
 lucerna: & uniuersa illa uisibiliu reg: pompa: ad ipsam solā & purā Christi  
 institutionē oculos & animū uertam: nec nobis aliud pponamus: quā ipm  
 uerbū Christi quo instituit & pfect ac nobis cōmendauit sacramentū. Nā in  
 eo uerbo / & p̄sus nullo alio sita est uis: natura / & tota substātia Missæ. Cæ  
 tera omnia sunt humana studia: uerbo Christi accessoria: sine quibus Mis  
 sa optime potest haberi & subsistere. Verba aut Christi / quibus sacramentū  
 hoc instituit: sunt hæc.

¶ Coenātibus aut eis: accepit Iesus panē & bñdixit ac fregit / deditq; dis  
 cipulis suis & ait. Accipite & māducate: hoc est corpus meū quod p uobis  
 tradet. Et accipiēs calicē gratias egit & dedit illis dicēs. Bibite ex hoc oēs.  
 Hic est calix nouū testamentū in meo sanguine: q pro uobis & pro multis  
 effundet in remissionē peccatorū. Hoc facite in meā cōmemorationem.

¶ Quæ uerba & Ap̄tus. i. Corint. xi. tradit & latī⁹ explicat: qbus nos oportet  
 nitī: & sup ea ædificari: ceu supra firmā petrā: si nō uolumus omī uento  
 doctrinæ circūferri: sicut hætenus circūlati sumus p impias doctrinas ho  
 minū auersantiū ueritatē. Nihil em̄ in his omīssū qd̄ ad integritatē / usum /  
 & fructū hui⁹ sacramēti p̄tinet: nihilq; positū qd̄ superflū: & nō necessariū  
 sit nobis nosse. Qui em̄ omīssis his uerbis de Missa uel meditat: uel docet:  
 monstra impietatis docebit: ut factum est per eos: qui opus operatū: & sacri  
 ficiū ex eo fecerunt.

¶ Stet ergo primū & infallibiliter: Missam seu sacramentū altaris esse testa  
 mentū Christi: quod moriēs post se religt: distribuendū suis fidelibus. Sic  
 em̄ habet eius uerba. Hic calix nouū testamentū: in meo sanguine. Stet in  
 quā ista ueritas ut fundamentū immobile: sup quod oīa struemus quæ di  
 cenda sunt: hoc em̄ uidebis: ut subuertemus oēs hominū impietates in hoc  
 dulcissimū sacramentū inuectas. Verax ergo Christus uere dicit: hoc esse  
 nouum testamentū in sanguine suo pro nobis fuso. Non frustra hæc incul  
 co: res non est parua: & im̄s sensibus reponenda.

¶ Quæramus ergo qd̄ sit testamentū: & simul habebimus: quid sit Missa:  
 quis usus: quis fructus: q; abusus ei⁹. Testamentū absq; dubio: est pmissio  
 morituri: qua nūcupat hæreditatē suā: & instituit hæredes. Inuoluit itaq;  
 testamentū / primo mortē testatoris: deinde hæreditatis pmissionē / & hære  
 dis nūcupationē. Sic enī Paulus Ro. iiii. & Gal. iiii. & iiii. & Heb. ix. diffu  
 se testamentū tractat. Quod & in uerbis istis Christi dare uidemus. Mortē  
 suā Christus testat: dū dicit. Hoc est corpus meū quod tradet. Hic sanguis  
 meus qui effundet. Hæreditatē nūcupat & designat: cū dicit. In remissionē  
 pctōꝝ. Hæredes aut instituit cū dicit: p uobis & p multis, id est: q acceptat  
 & credūt

& credūt promissioni testatoris. fides em̄ hīc heredes facit: ut uidebimus.

¶ Vides ergo / quod Missa (quā uocamus) sit promissio remissionis peccatorum a deo nobis facta: & talis promissio: quæ per mortē filii dei firmata sit. Nam / promissio & testamentū nō differūt alio: quā qđ testamentū simul inuoluit mortē promissoris. Et testator idē est quod moriturus promissor: promissor autē uicturus (ut sic dicā) testator. Hoc testamentū Christi præfigurātū est in oīb⁹ promissionib⁹ dei ab initio mūdī: imo oēs promissiones antiq̄ in ista noua futura in Ch̄o promissione ualuerūt: q̄cqd ualuerūt: in eaq; pependērūt. Inde usitatissīa sunt illa in scripturis uerba / pactū / fœdus / testamentū. Quibus significabāt: deus olim moriturus. Nam / ubi testamentū est: mors testatoris intercedat necesse est. Heb. x. Deus autē testatus est: ideo necesse fuit eū mori. mori autē nō potuit: nisi esset homo. Ita in eodē testamētī uocabulo: cōpendiosissime / & incarnatio: & mors Christi cōprehensa est.

¶ Ex qbus iā sua spēte patet: q̄s sit usus & abusus Missæ: q̄ digna uel indigna p̄paratio. Si enī promissio est: ut dictū est: nullis operibus: nullis uirib⁹ / nullis meritis ad eam accedit: sed sola fide. Vbi enī est uerbū promittētis dei: ibi necessaria est fides acceptātis hoīs: ut clarū sit: inītiū salutis nostræ esse fidē: quæ pendeat in uerbo promittētis dei: q̄ citra omē nostrū studiū: gratuita & imerita misericordia nos puenit: & offert promissioni suæ uerbum. Misit em̄ uerbū suū: & sic sanauit eos. Nō autē accepit opus nostrū: & sic saluauit nos. Uerbū dei omnīū primū est: quod sequit̄ fides: fidē charit̄as. Charitas deinde facit omē bonū opus: quia nō operat̄ malū: immo est plenitudo legis. Nec alia uia potest homo cū deo / aut cōuenire: aut agere: quā per fidē. id est. ut nō homo suis operibus ullis / sed deus sua promissione sit autor salutis: ut omnia pendeāt: portētur / seruēturq; in uerbo uirtutis suæ: quo genuit nos / ut essemus inītiū aliquod creaturæ eius.

¶ Sic Adæ post lapsum erigēdo dedit hāc promissionē: dicens ad serpentē. Inimicitias ponā inter te & mulierē: inter semē tuū / & semen illius. Ipsa cōteret caput tuū: & tu infidiaberis calcaneo illius. In hoc promissionis uerbo: Adā cū suis tanq̄ in gremio dei portatus est: & fide illius seruatus: expectās lōganīmiter mulierē q̄ cōteret caput serpētis: sicut deus promisit. Et in hac fide & expectatōe etiā mortuus est: ignarus qñ & qualis esset futura: futurā tamē nō diffidēs. Nā talis promissio cū sit ueritas dei: etiā in inferno seruat credētes: & expectātes eam. Post hāc secuta est promissio alia facta Noe usq; ad Abrahā: dato pro signo fœderis arcu nublū: cuius fide: ip̄e & posterī ei⁹ propiciū deū inuenerūt. Post hunc / Abrahæ promisit benedictionē omnīū gentiū in semine eius. Et hic est finis Abrahæ: in quem sunt receptī posterī eius. Deinde / Mosi & filiis Israel: præcipue Dauid: apertissimā de Christo

promissionē dedit: quo reuelauit tandē: quæ fuerit priscis facta pmissio.  
 ¶ Sic uentū est ad promissionē oīm pfectissimā noui testamētī: in qua ap-  
 tis uerbis: uita & salus gratuito pmittunt: & credētibus pmissiōi donant.  
 Et isignī nota discernit hoc testamētū a ueteri: dū dicit / Nouū testamētū.  
 Vetus em̄ testamētū p Mosen datū: erat pmissio nō remissiois pctōꝝ: seu  
 æternarū rerū: sed tēporallū. nēpe / terræ Canaan: per quā nemo renouaba-  
 tur spiritu: ad hæreditatē cœlestē capescendā, unde & irrationalē pecudē  
 in figura Christi: oportebat occidi: in cuius sanguine idē testamētū cōfir-  
 mabat: ut q̄lis sanguis / tale testamētū. qualis hostia / talis pmissio. At hic  
 dicit. Testamētū nouū in meo / nō alieno: sed p proprio sanguine: quo gratia  
 per spiritū: in remissionē peccatōꝝ: ad hæreditatē capiendā promittitur.

¶ Est itaq; Missa / secundū substantiā suam: proprie nihil aliud / quā uerba  
 Christi prædicta. Accipite & māducate. &c. ac si dicat. Ecce o homo pecca-  
 tor & dānatus: ex mera gratuitaq; charitate qua diligo te: sic uolēte miseri-  
 cordiarū patre: his uerbis pmitto tibi: ante om̄e meritū & uotū tuū: remis-  
 sionē omniū peccatōꝝ tuōꝝ: & uitā æternā. Et ut certissimus de hac mea  
 promissione irreuocabilis sis: corpus meū tradā: & sanguinē fundā: morte  
 ipsa hanc promissionē cōfirmaturus: & utrūq; tibi in signū & memoriāle  
 eiusdē promissionis / relicturus. Quod cum frequētaueris: mei memor sis:  
 hāc meā in te charitatē & largitatē prædices & laudes: & gratias agas.

¶ Ex quibus uides / ad Missam digne habendā aliud nō requiri quā fidem  
 quæ huic promissioni fideliter n̄ratur / Christū in his suis uerbis ueracem  
 credat: & sibi hęc immēsa bona esse donata: nō dubitet. Ad hāc fidem mox  
 sequetur sua sponte: dulcissimus affectus cordis: quo dilatat & impingua-  
 tur spiritus hominis (hęc est charitas: per spiritū sanctū in fide Christi do-  
 nata) ut in Christū: tam largū & benignū testatorē rapiatur: fiatq; penitus  
 alius & nouus homo. Quis enim nō dulciter lachrymet: immo præ gau-  
 dio in Christū pene exanimetur: si credat fide indubitata: hāc Christi pro-  
 missionē inæstimabilem ad se pertinere? Quomodo non diliget tantū be-  
 nefactorem: qui indigno & longe alia merito: tantas diuitias & hæreditatē  
 hanc æternā: præueniens offert / promittit / & donat?

¶ Quocirca una & sola miseria nostra: quod multas Missas in orbe habe-  
 mus: & nulli uel pauci has promissiones & diuitias ppositas agnoscamus:  
 cōsideramus / & apprehēdimus. Cū reuera in Missa aliud agi nō oporteat  
 maīori / imo minori unico studio: quā ut hęc uerba / has pmissiōes Christi  
 q̄ uere sunt ipsa Missa: ante oculos uersaremus: meditaremur & ruminare-  
 mus: quo fidē in ea exerceremus: nutrirems / augeremus / & roborarems:  
 hac quotidiana cōmemoratione. Hoc est enī quod præcipit / dicēs. Hoc fa-

cite in meā cōmemorationem. Hoc ipsum agere deberet Euāgelista: ut pro  
 missionem istā populo fideliter inculcaret: & cōmendaret: ad prouocandā  
 fidem eorū in eandē. At nūc/ quōta pars nouit Missam esse promissionem  
 Christi: ut taceā impios fabulatores: qui humanas traditiones uice tantæ  
 pmissionis docēt. Quod si etiā hæc uerba Christi docēt: nō tamē nomine  
 promissionis aut testamētī: ac per hoc non ad obtinendā fidem/ docent.  
 ¶ Quin quod deploramus/ in hac captiuitate: omni studio cauet hodie: ne  
 uerba illa Christi ullus laicus audiat: quasi sacratioa quā ut uulgo tradi de  
 beāt. Sic em̄ insanimus: & uerba cōsecrationis (ut uocāt) nobis sacerdotib⁹  
 solis arrogamus occulte dicēda: sic tñ/ ut ne nobis quidē p̄sint, cū nec ipsi  
 ea ut promissiones seu testamētū habeamus ad fidē nutriendā: sed nescio  
 qua superstitiōe & impia opiniōe ea reueremur potius quā eis credimus.  
 Qua miseria nostra qd aliud Satan in nobis operat: quā ut nihil de Missa  
 in Ecclesia reliquū faciat: curet tñ interim oēs angulos orbis Missis plenos  
 esse/ hoc est/ abusiōibus & irrisiōibus testamētī dei: grauissimisq; idolatriæ  
 peccatis: mundū assidue magis ac magis onerari ad damnationē maiore  
 augendā! Quod em̄ idolatriæ peccatū grauius esse pōt: quā promissiōibus  
 dei puerfa opinione abuti: & fidem in easdē uel negligere/ uel extinguere!  
 ¶ Neq; enī deus (ut dixi) aliter cū hominibus unquā egit aut agit: quā uer  
 bo promissiōis. Rursus/ nec nos cū deo unquā agere aliter possumus: quā  
 fide in uerbū promissiōis eius. Opera ille nihil curat: nec eis indiget: qbus  
 potius erga homines/ & cū hoibus & nobis ipsis agimus. Indiget autē/ ut ue  
 rax in iuis promissis a nobis habeat: talisq; lōganimīter sustineat: ac sic fide  
 spe & charitate colat. Quo fit/ ut gloriā suā in nobis obtineat: dū nō nobis  
 currētibus: sed ipso miserēte/ promittēte/ donāte omnia bona accipimus &  
 habemus. Ecce hic est uerus cultus dei & latria: quā in Missa debemus p̄sol  
 uere. Sed quū promissiōis uerba nō tradunt: quæ fidei exercitatio haberi  
 potest! At sine fide quis ferat! q; amat! sine fide/ spe & charitate quæ latria!  
 Nō est itaq; dubiū: uniuersos hodie sacerdotes & monachos cū Episcopis  
 & oibus suis maioribus esse idolatras: in statu piculosissimo agētes. ob hæc  
 Missæ seu sacramētī: seu promissiōis dei ignorantia/ abusionē/ irrisionē.  
 ¶ Quilibet enī facile intelligit: quod hæc duo sunt simul necessaria/ p̄missi  
 o/ & fides. Sine promissiōe enim credi nihil potest: sine fide autē promissio  
 inutilis est. cum per fidē stabiliat & impleat. Ex quibus itidē facile quiuis  
 colligit/ Missam / cū sit aliud nihil quā promissio/ hac fide sola adiri & fre  
 quētari: sine qua/ quicq; preclarū/ preparatoriorū/ operū/ signorū / gestū  
 affertur: irritabula sunt impietatis: magis quā officia pietatis. cū fere fiat/ ut  
 his paratis: existimēt sese legitime altaria accedere: & re uera nō fuerit ullo

tēpore uel opere magis inepti: ppter infidelitatē quā secū afferūt. Quātos passim uideas & quotidie sacrificulos: q si uel inepte uestiti: uel illotis manibus: uel inter precandū titubātes qd leuiscule errauerint: ingētī sese miserū crimine reos faciūt. At/ quod Missam ipsam: id est. diuinā promissionē neq̄ obseruāt: neq̄ credūt/ prorsus: ne tantillū quidē habēt cōscientiā. O indigna religio nostro saeculo: omniū impiūssimo & ingratiūssimo.

¶ Preparatio itaq̄ digna: & usus legitime nō est: nisi fides qua credīt Missae: id est: diuinā p̄missioni. Quocirca/ accessurus ad altare: siue sacramētum accepturus/ caueat/ ne uacuis appareat in cōspectu domī dei. Vacuus aut̄ erit: si fidē nō habuerit in Missam seu testamentū hoc nouū. Qua impietate quid posset grauius cōmittere in diuinā ueritatē/ quā hac incredulitate sua. quantū est in se: mendacē arguit: & uane promittentē. Futilsimū itaq̄ fuerit: ad Missam non alio animo accedere: quā si ad audiendā quālibet aliā promissionē dei uelis accedere: hoc est: ut paratus sis non multa operari & afferre: sed omnia credere & accipere quæ tibi illic promittunt: seu promissa pronunciantur per ministeriū sacerdotis. Hoc animo si non ueneris: caue accesseris: in iudiciū sine dubio accedes.

¶ Recte itaq̄ dixi: totā uirtutē Missae cōsistere in uerbis Christi: qbus testat remissionē p̄tōz donari oībus: q credūt corp⁹ eius tradi: & sanguinē eius fundi p se. Atq̄ ob hāc rem: nulla re magis opus esse audituris Missam: q̄ ut ipsa uerba sedulo & plena fide meditent. qd nisi fecerint: frustra oīa alia fecerint. Hoc sane uerū est: in oī p̄missione sua deus fere solitus est adlicere signū aliqd̄/ ceu monumentū/ ceu memoriale promissionis suæ: quo fidelius seruaret: & efficacius moneret. Sic in p̄missione Noe data de nō perdēda terra alio diluuiō: dedit arcū suū in nubibus: quo dixit sese recordaturū foederis sui. Et Abrahæ/ post p̄missionē hereditatis in semine suo: dedit circūcisionē in signaculū iustitiæ fidei. Sic Gedeonī dedit uell⁹ aridū & roridū: ad firmandā promissionē suā sup uincēdis Madianitis. Sic Achas p̄ Esalā obtulit signū: prouincēdo rege Syriæ & Samariæ: quo p̄missioni suæ fidē in eo firmaret. Talia multa legimus signa: p̄missionū dei in scripturis.

¶ Sic & in Missa: hac omniū princepe p̄missione adiecit signū memoriale tātæ p̄missionis: suū ipsius corp⁹: & suū ipsius sanguinē in pane & uino: sicut dicit. Hoc facite in meā cōmemorationē. Sic in baptismo/ uerbis p̄missionis adlicet signū immersionis in aquā. Ex qbus itelligim⁹/ in quolibet p̄missione dei duo pponi: uerbū/ & signū/ ut uerbū intelligamus esse testamentū/ signum uerū esse sacramētū. ut in Missa/ uerbū Christi est testamētū: panis & uinū sunt sacramētū. Atq̄ ut maior uis sita est in uerbo quā signo: ita maior in testamēto quā sacramēto. Quia pōt hō uerbū seu testamentū habere & eo



uti: absq; signo seu sacramēto. Crede/inqt Aug. & māducasti. Sed cui cre-  
ditur: nisi uerbo pmittētis: Ita possū quotidie: imo omī hora Missam habe-  
re: dum quoties uoluerō: possū uerba Christi mihi pponere: & fidē meā  
in illis alere & roborare: hoc est reuera: spīritualiter māducare & bibere.

¶ Hic uides/qd & quantū Theologi sentētiarū in hac repræstiterint. Pri-  
mum/id quod summū & capitale est: nēpe testamētū & uerbū pmīssionis:  
nullus eorū tractat: atq; ita fidē & totā Missæ uirtutē nobis oblītararūt. De-  
Inde/alterā eius partē: scilicet signū seu sacramētū: solū uersant: sed ita: ut  
nec in hac fidē doceāt: sed suas pparationes: & opera operata: participatio-  
nes & fructus/Missam/donec in profundū uenerint: & de trāssubstātiatiōe  
aliisq; ifinitis metaphysicis nugis nugarent: & sciētiā uerūq; usum tam  
testamētī quā sacramētī cum unīuersa fide abolerent: facerentq; ut popu-  
lus Christi (ut propheta dicit) obliuisceret dei sui dieb; innumeris. Tu uero  
sine alios percētere uarios fructus audita Missæ: & animū tuū huc intēde/  
ut cū Propheta dicas & credas: hīc tibi a deo paratā esse mēsam corā te: ad-  
uersus oēs q; tribulāt te: in q; pascat & pinguescat fides tua. Nō aut pascit fi-  
des tua: nisi pmīssiois diuinæ uerbo. Hō em nō in solo pane uiuit: sed in oī  
uerbo qd pcedit de ore dei. Quare/in Missa ante oīa uerbī pmīssionis te  
obseruatore esse curiosissimū oportet: tanq; opulētissimī cōiuii: omīmode  
pascua: & sanctæ refectiōis tuæ: ut hoc præ oībus maximī facias: plurimū  
in id cōfidas: & firmissime in eo hareas: etiā per mortē & omnia peccata.  
Quod si feceris: nō solū stillas istas: & minutias fructuū Missæ/ quas quidā  
etiā superstitiose finxerūt: sed ipsum fontē princīpalē uitæ obtinebis: fidem  
scilicet uerbī: ex qua omne bonum fluit, sicut Ioan. iiii. dicit. Qui in me cre-  
dit: de uētre eius fluent aquæ uiuæ. Item. Qui biberit ex aqua/ quā ego da-  
bo: fiet in eo fons aquæ uiuæ salientis in uitam æternam.

¶ Iam duo sunt/ q; solēt nos tētare ne fructus Missæ pcipiamus. Alterū est/  
nos esse peccatores & indignos præ nimia uilitate rebus tātis. Alterū/ etiā  
si digni essemus: magnitudo tñ rerū tanta est. ut natura pusillanīmis nō au-  
deat ea petere aut sperare. Nā/ remissionē pctōq; & æternā uitā q; non stu-  
pescat potl; quā optet: si digne penset magnitudo bonorū q; per ea ueniūt:  
habere scilicet deū patrē: esse filium: heredē omniū bonorū dei. Aduersus  
hāc geminā pusillanīmitatē: oportet ut uerbū Christi apprehēdas: ipsumq;  
multo fortius intuearis quā has cogitatiōes infirmitatis tuæ. Magna enim  
sunt opera domīni: exquisita in oēs uolūtates eius: qui potēs est dare supra  
quā petimus aut intelligimus. Nisi em superaret nostrā dignitatē: nostram  
capacitatē: nostrū deniq; oēm sensum. diuina nō essent. Sic & Christus nos  
animat dicēs. Nolite timere pusillus grex. placuit enī patri uestro: dare uo-

bis regnū. Hac ipsa enim exuberantia incōprehensibilis dei in nos per Christum effusa: facit ut eum rursus super oīa ardētissime diligamus: summa fiducia in eum feramur: omnia contēnamus: promptissimi omnia pro eo pati. unde & recte fons dilectionis hoc sacramentū est appellatū.

*Si mihi*  
 ¶ In qua re exemplū tibi sūme ex hoībus. Si em̄ cuiquā mēdico / aut etiā indigno & malo seruo: legaret ditissimus dñs mille aureos: certe cū fiducia eos postularer & acciperer: nec indignitatis suae / nec magnitudinis testamētī habita rōne. Qd si qs ei resistēs obīceret indignitatē suā: & magnitudinem testamētī: qd putas dicturus est! Scilicet / qd ad te: nō ego merito meo nec iure ullo p̄prio accipio qd accipio. Selo me indignū: & maiora accipere quā merear: imo cōtraria merui: sed iure testamētī & alienae bonitatis peto qd peto. Si illi nō fuit indignū tāta tā indigno legare: cur ego p̄pter indignitatē meā contēnā acceptare! qn hac ipsa causa magis amplector: gratiā & alienā gratiā: qua ego sum indignior. Eadē cogitatōe armari oportet & culusq; conscientiā aduersus oēs scrupulos & morsus suos: ad hāc Christi promissionē indubitata fide obtinendā summope cauēdo: ne fiducia cōfessionis / oratiōis / p̄parationis / quisquā accedat: sed his oībus desperatis: in superba fiducia promittētis Christi. Quia / ut dictū est satis / uerbū p̄missiōis hīc solū regnare debet in fide pura: q̄ est unīca & sola sufficiens p̄paratio.

*Deo*  
 ¶ Videmus ex his / quā grādī ira dei factū sit: ut uerba testamētī huius nos cēlarint impil doctores: atq; p hoc ipm fidē extinxerūt / quantū in eis fuit. Iam pronū est uidere: qd ad fidē extinctā seq fuit necesse. Nepe / supstitiōes operū ipiissimas. Vbi em̄ fides occidit / & uerbū fidei obmutescit: ibi mox surgūt opera in locū eius / & traditiōes operū. Quibus ceu captiuitate Babylonica trāslati sumus de terra nr̄a: captis oībus desyderabilibus nostris. Ita de Missa cōtingit: q̄ impioꝝ hominū doctrina mutata est in opus bonū: qd ipsi uocāt opus operatū: quo apud deū sese oīa p̄sumunt posse. Inde p̄cessum est / ad extremū insanīa: ut qa Missa ex ui operis operatū ualere mētitū sunt / adiecerūt / eam nō minus utilē esse ceteris: etiā si ipsi iplo sacrificio noxia sit. Atq; in hāc harenā fundauerūt suas applicatiōes / participatiōes / & fraternitates / anniuersaria / & id genus infinita lucrī & quāst̄ negotia.

*Contra*  
 ¶ Cōtra has laruas qa ualidae sunt & multae: penitusq; insederūt: nisi cōstantissima cura obseruaueris qd sit Missa: & p̄cedentiū fortiter memineris / uix subsistes. Audisti em̄ / Missam aliud nō esse / quā promissionē diuinā: seu testamētū Christi / sacramēto corporis & sanguinis sui cōmendatum. quod si uerū est / intelligis. Nō posse ipsum esse opus ullo modo: nec quicquid in ipso fieri: nec alio studio a quoquā tractari / quā sola fide. Fides aut̄ non est opus: sed magistra & uita operū. Quis enim est usquam tam insanus: ut

promissionē acceptā: aut testamentū donatū: uocet opus bonū quod suo testatori faciat accipiē. Quis est hæres: qui patri suo testatori existimet bñ facere dum instrumēta testamēti cū hæreditate testata accipit: Quæ est ergo impia temeritas nostra: ut diuinū testamentū accepturi: ueniamus ut bonum opus ei facturi: Est ne ista ignorātia testamēti: & captiuitas tāti sacramēti oībus lachrymis superior: Vbi de acceptis grati esse debemus: uenim⁹ supbi: daturi accipiēdæ: irridētes inaudita peruersitate donatoris misericordiam: dū hoc donamus ut opus/ quod accipimus ut donū: ut testator iam non suorū largitor bonorū: sed nostrorū sit acceptor. Væ impietati isti.

¶ Quis uero unquā fuit tam demēs: ut baptismū duceret esse bonū opus: aut baptisandus crederet: sese opus facere qd' pro se & alijs deo offerret & cōmunicaret: Si ergo in uno aliquo sacramēto & testamēto nullū est opus bonū cōmunicabile alijs: nec in Missa erit: cū & ipsa nō sit nisi testamentū & sacramentū. Vnde manifestus & ipius error est: Missam p peccatis: pro satisfactiōibus: p defunctis: aut qbuscūq; necessitatibus suis aut aliorū offerre seu applicare. Quod facillime itelligis esse euidentissimē uerū: si firmiter teneas/ Missam esse promissionē diuinā: q nulli pdesse: nulli applicari: nulli suffragari: nulli cōmunicari pōt nisi ipsi credēti soli/ p propria fide. Quis em̄ promissionē dei: q utriuscuīq; singulatim exigīt fidē: pōt pro alio acceptare aut applicare: Nūquid possum alteri promissionē dei dare: etiam nō credēti: aut possum pro alio credere: aut possum facere ut alius credat: At hæc fieri oportet: si Missam possū alijs applicare & cōmunicare. cū i Missa nō sint nisi ista duo: pmissio diuina/ & fides humana q accipiat quod illa pmittit. Quod si uerū est: potero etiā pro alijs audire Euāgeliū & credere: potero pro alio baptisari: potero pro alio absolui a peccatis: potero & pro alio cōicare de altaris sacramēto: potero (ut & illorū sacramēta percenseā) p alio ducere uxore: p alio fieri sacerdos: p alio cōfirmari: p alio inungi.

¶ Deniq; cur Abrahā nō pro oībus Iudæis credidit: cur exigitur a Iudæis singulis fides in eandē promissionē Abrahæ creditā: Stet ergo insuperabilis ueritas: ubi pmissio diuina est: ubi unusq; pro se stat: sua fides exigīt quisq; pro se rationē reddet: & suū onus portabit: sicut dicit Marci ult. Qui crediderit & baptisatus fuerit/ saluus erit: qui autem nō crediderit/ cōdemnabitur. Ita & Missam unusquisq; tantū sibi potest utilem facere fide propria: & pro nullis prorsus cōmunicare. Sicut sacerdos nulli pro alio potest sacramentum ministrare: sed cuilibet seorsum idem sacramentū ministrat. Sunt enim sacerdotes consecrādo & ministrando ministri nostri: per quos non offerimus bonum opus: aut cōmunicamus actiue: sed per eos promissiones & signum accipimus: & communicamur passiue: Id quod in laicis

hactenus permāsit. Nam/hī nō dicunt bonū facere: sed accipere. Sacerdotes uero abierūt in impietates suas: factō sibi bono ope: quod cōmunicent & offerāt ex sacramēto & testamēto dei: quo bonum acceptū oportuit.

¶ Sed dices/ Quid? Nūquid subvertes omnīū Ecclesiarū & Monasteriorū usum & sensum: quibus per tot saecula inualuerūt: fundatis sup Missam/ annūerariis/ suffragiis/ applicationibus/ cōmunicationibus, &c. hoc est: pinguisimis redditibus? Respōdeo/ Hoc est/ qđ de captiuitate Ecclesiae scribere me cōpulit. Sic em̄ uenerabile testamētū dei: in simplissimī quastus seruitutē coactū est per impiorū hominū opinīōes & traditiōes: q̄ omisso uerbo dei: sui cordis nobis cogitatiōes proposuerūt: & orbē seduxerūt. Quid mihi de multitudine & magnitudine errantiū? Fortior oīm est ueritas. Si potes Christū negare q̄ docet/ Missam esse testamētū & sacramētū: uolo illos iustificare. Deinde/ si potes dicere: eū facere opus bonū q̄ recipit beneficium testamēti: aut utit̄ in hoc ip̄m sacramēto p̄missionis: uolo mea libens dānare. Cū autē neutrū possis: qđ dubitas: cōtempta turba ad malū eunte: dare gloriā deo: & ueritatē eius confiteri? Esse scilicet hodie sacerdotes oēs in sentētia peruersa: quicūq; Missam pro opere ducūt: quo succurrant suis aut aliorū/ siue mortuorū/ siue uiuorū necessitatibus. Inaudita & stupenda dico. Sed Missam si intuearis qđ sit: uera me esse locutū cognosces. Hoc fecit illa nimia securitas: qua iram dei in nos grassantē nō intelleximus.

¶ Hoc autē facile admitto. Oratiōes/ quas ad Missam percipiendā congregati corā deo effundimus/ esse bona opera: seu beneficia. quae nobis mutuo impartimus/ adplicamus/ & cōmunicamus. & pro inuicē offerimus. Sicut Iacobus nos docet. Orare pro inuicē/ ut saluemur. Et Paulus. i. Timoth. ii. p̄cipit fieri obsecratiōes/ oratiōes/ postulatiōes pro oībus hoībus: pro regibus & oībus qui in sublimitate sunt cōstituti. Haec em̄ nō sunt Missa: sed opera Missae: si tamē opera uocari debēt: oratiōes cordis & oris. quia fiunt ex fide in sacramēto percepta uel aucta. Non em̄ Missa uel promissio dei implet orando: sed solū credēdo. Credētes autē oramus/ & quodlibet opus bonū facimus. Sed quis sacerdotū hoc nomine sacrificat: ut solas oratiōes arbitretur sese offerre? Omnes imaginātur sese offerre ipsum Christū deo patri: tanq̄ hostiā sufficientissimā: & bonū opus facere omnibus: quibus proponunt prodesse. quia confidunt in opere operati: quod orationi nō tribuunt. Sic paulatim errore crescente: id quod orationū est tribuerunt sacramento: & quod recipere beneficium debent/ id obtulerunt deo.

¶ Quare acute discernendū est/ inter testamētū: sacramētūq; ip̄m/ & iter oratiōes quas simul oramus. Nec id solū/ sed scire quoq; oportet/ orationes p̄ se nihil ualere: nec oratiō ipsi/ nec illi p̄ quibus orant: nisi primū testamētū fide

fide perceptū sit: ut fides oret: quæ sola exaudit: sicut Iacobus. i. cap. docet  
 Adeo lōge aliud est oŕo quā Missa. Orationē possū extēdere in quotquot  
 uoluerō. Missam nemo accipit: nisi q̄ per seipm̄ credit: & tantū quantū cre-  
 dit: nec pōt dari: siue deo siue hoībus: sed solus deus per ministeriū sacerdo-  
 tis dat eā hoībus: q̄ accipiūt eā fide sola: sine ullis operib⁹ aut meritis. Neq̄  
 em̄ ullus audeat tantū insātre: ut dicat bonū opus facere eū: qui paup̄ &  
 indigēs uenit accepturus de manu diuitis beneficiū. At Missa (ut dixi) bñfi-  
 cium est p̄missionis diuinæ: per manū sacerdotū oībus hoībus exhibitū.  
 ¶ Est ergo certū. Missā nō eē opus aliis cōmunicabile: sed obiectū (ut dī) fī-  
 dei p̄prie culusq̄ alendæ & roborādæ. Iā & alter scandalū amouendū est  
 quod multo grādus est & speciosissimū. Id est: quod missa creditur passim  
 esse sacrificiū qd̄ offert deo. In quā opīonē & uerba Canonis sonare ui-  
 dent: ubi dī. Hæc dona: hæc munera: hæc sc̄ta sacrificia. Et infra: hæc obla-  
 tionē. Itē: clarissime postulat: ut acceptū sit sacrificiū: sicut sacrificiū Abel &c  
 Inde Ch̄s hostia altaris dicit̄. Accedūt hīs dicta sc̄torū patrū: tot exempla  
 tantusq̄ usus per orbem constanter obseruatus.  
 ¶ His omībus: quia pertinacissime infederūt: oportet constantissime op-  
 ponere uerba & exemplū Christi. Nisi em̄ Missam obtinuerim⁹ esse p̄mis-  
 sionē Ch̄i: seu testamentū: ut uerba clare sonāt: totū Euangeliū & uniuersū  
 solatiū amittimus. Nihil contra hæc uerba p̄mittamus p̄ualere: etiam  
 si angelus de celo aliud docuerit. Nihil em̄ de opere uel sacrificio in illis cō-  
 tinet̄. Deinde: & exemplū Christi pro nobis stat. Nō em̄ Ch̄s in cœna no-  
 uissima: cū institueret hoc sac̄m̄ & cōderet testamentū: ip̄m obtulit deo pa-  
 tri: aut ut opus bonū p̄ aliis p̄fecit: sed in mēsa sedēs singulis idē testamē-  
 tū p̄posuit: & signū exhibuit. Iā Missa q̄to uicinior & similior primæ oīm  
 Missæ quā Ch̄s in cœna fecit: t̄to Ch̄ianior. At Missa Ch̄i fuit simpli-  
 cissima sine ulla uestiū: gestuū: cantuū: aliarūq̄ ceremoniarū p̄p̄a: ubi si ne-  
 cesse fuisset eam offerri ut sacrificiū: nō plene eam instituisset.  
 ¶ Non quod calumniari debeat ullus uniuersam Eccliam: q̄ multis aliis ri-  
 tibus & ceremoniis Missam ornauit & ampliāuit: sed hoc uolumus: ne q̄  
 ceremoniarū specie falsus: ac multitudie pompæ ipeditus: simplicitatē Mis-  
 sæ amittat. & reuera trāsubstantiationē q̄ndā colat: si amissa substantia sim-  
 pli i Missæ: in accētib⁹ multiplicib⁹ p̄p̄a hæreat. Nā: quicq̄ ultra uerbū  
 & exemplū Ch̄i accessit: accidēs Missæ est: a quorū qd̄ libet n̄ alio loco du-  
 cere debemus: quā quo loco nūc duclimus: Mōstrantias (q̄s uocāt) & pallia  
 altaris: q̄bus ip̄a hostia cōtinet̄. Quare sicut repugnat testamentū distribui  
 seu p̄missionē accipere: & sacrificare sacrificiū: ita repugnat Missā eē sacrifi-  
 ciū. cū illā recipiam⁹: hoc uero dem⁹. Idē at̄ simul recipi & offerri nō pōt:

nec ab eodē simul dari & acceptari. Nō magis certe: quā oratio & impetra-  
ta res queūt idem esse: nec idem sit orare & orata accipere.

Quid ergo dicemus ad Canonem & auctoritates patrum? Primum re-  
spondeo. Si nihil habetur quod dicatur: tutius est oīa negare: quam Mis-  
sam concedere opus aut sacrificiū esse. ne verbū Christi negemus: fidem  
simul cum Missa pessundantes. Tamen quo seruemus & eos: dicemus ex  
Aplō. i. Corinth. xi. nos doceri: solitos fuisse fideles Christi ad Missam cō-  
gregatos: secū afferre cibū & potū (quas collectas uocabāt) quæ distribue-  
rentur in oēs egentes: exēplo Apostolorū Act. iiii. e quibus sumebat id quod  
cōsecratur panis & uini pro sacramēto. Et quia hæc oīa sanctificabātur  
per uerbū & orationē ritu hebraico: quo leuabant sursum: ut in Mose legi-  
mus: relicta sunt uerba & ritus leuandi seu offerēdi: abolito iam dudū utū  
cōferēdi & colligēdi ea quæ offerrentur seu leuarētur. Sic Ezechias Esaiæ  
xxxvii. iubet Esaiam leuare orationē in cōspectu dei pro reliquiis. Et psal.  
Extollite manus uestras in sancta. Itē. Ad te leuabo manus meas. i. Timo.  
ii. Leuātes puras manus in omni loco. Quare uocabula sacrificiū: seu oblati-  
onis: referri non debēt ad sacramentū & testamentū: sed ad collectas ipsas.  
Vnde & reliquū est: uocabulū Collecta: pro precibus in Missa dictis.

Idē facit: quod sacerdos mox cōsecrato pane & calice: eleuat eundē: quo nō  
sele offerre aliqd deo ostendit: cū nullo uerbo tū meminerit hostiæ seu ob-  
lationis. Sed est idipm: uel reliquū ritus hebraici: quo leuabant quod cū grati-  
actiōibus accepta deo referebant. Vel admonitio nrī: quo puocemur ad fi-  
dē testamēti huius: quod tū uerbis Christi protulit & exhibuit: ut siml & signū  
eiusdē oīdat: & oblatio panis pprie rīdeat huic demōstratio: Hoc est cor-  
p̄ meū: nosq; circūstātes ceu alloquat hoc ipso signo. Sic oblatio calicis pp-  
prie rīdeat huic demōstratio: Hic calix noui testamēti &c. Fidē em̄ i nobis  
sacerdos exultare debet ipso eleuādi ritu. Atq; utinā ut in oculis nrīs mani-  
feste eleuat signū seu sacramentū: ita simul aurib; nostris apta atq; uoce  
pnūciaret: & uerbū seu testamentū: idq; in qualibet populorū lingua: quo  
fides exercitaret efficacius. Cur enim liceat Græce & Latine & Hebraice  
Missam perficere: & non etiā Alemanice. aut alia quacunq; lingua?  
Quocirca: obseruent sese sacerdotes hoc perditō periculosisimōq; factu-  
lo qui sacrificāt. Primum: ut uerba Canonis maioris & minoris: cum Col-  
lectis: quæ aperte nlmis sacrificiū sonant: dirigant non ad sacramentū:  
seu uel ad ipsum panem & uinum consecrandum: uel ad orationes suas.  
Panis enim & uinum antea offeruntur ad benedicendum: ut per uerbum  
& orationem sanctificentur. Postquam autem benedictus & consecratus  
est: iam non offertur: sed accipitur dono a deo. Et hoc in negotio cogitets

**E**uangelium esse preferendum omnibus Canonibus & Collectis: per homines compositis: Euangelium autem non sinit Missam esse sacrificium ut audisti.

**¶** Deinde: publice Missam perficiens: praestituat sibi non aliud facere: quam se & alios communicare per Missam: simul tamen orationes suas pro se & aliis offerre cauens: ne Missam offerre praesumat. Qui uero priuatim Missas parat: praestituat sibi ut seipsum communitet. Proorsus nihil differt: nec plus facit Missa priuata: quam simplex culusque laici de manu sacerdotis sumpta communio: exceptis orationibus: & quod sibi ipsi consecrat & ministrat. Re ipsa Missa & sacramentum omnes sumus aequales / sacerdotes / & laici.

**¶** Quod si postulat ab aliis: uotiuas (quas uocant) celebrare / caueat: ne mercedem accipiat pro Missa: aut praesumat ullam uotiuam sacrificare: sed studeat / hoc totum ad orationes referre: quae siue pro defunctis: siue uiuentibus offerat: sic cogitans. Ecce ideo & mihi soli sacramentum suscipiam: sed inter suscipiendum pro illo & illo orabo: sicut orationis non Missae mercedem pro uictu & amictu recipiat. Nec moueat / quod totus orbis contrarium & sensum & usum habeat. Euangelium certissimum habes: quo fretus facile contemnes hominum sensus & opinioniones. Quod si me contemnens pergas Missam offerre: non solas orationes: scito me fuisse monitori tibi fidele: & in die iudicii excusatum: tuum portabis ipse peccatum. Dixi / quod tibi dicere tenebar frater fratri in salutem: tibi proderunt seruata: tibi nocent neglecta. Quod si aliqui etiam damnarint haec: illud Pauli respondeo. Mali uero homines & seductores proficiunt in peius / errantes / & in errorem mittentes.

**¶** Ex isto nunc facile illud quiuis intelligit: quod usitatissimum ex Grego. dicitur Missam mali sacerdotis non minoris ducendam: quam boni culusque. Nec sancti Petri meliorem fuisse: quam Iudae traditoris: si sacrificassent. Hoc enim operculo suas impletates quidam uelant: & hinc distinctionem operis operati: & operis operantis inuenerunt: quo secure ipsi male uiuere: & aliis tamen benefacere praesumerent. Verum Gregorius recte dicit: at illi peruersum esse intelligunt. Verissimum est enim: per impios sacerdotes non minus de testamento & sacramento dari & accipi: quam per quosque sanctissimos. Quis enim dubitat / Euangelium praedicari per impios? At Missa / est pars Euangelii: imo summa & compendium Euangelii. Quid est enim uniuersum Euangelium: quam bonum nuntium remissionis peccatorum? At quicquid de remissione peccatorum & misericordia dei latissime & copiosissime dici potest: breuiter est in uerbo testamenti comprehensum. Unde / & cōtiones populares aliud esse non deberent: quam expositiones Missae id est declarationes promissionis diuinae huius testamenti. hoc enim esset fide doceret: & uere Ecclesiam aedificare. At qui nunc Missam exponunt: in allegoriis humanarum caeremoniarum ludunt & illudunt.

**¶** Igitur / sicut ipse potest baptizare. id est. uerbum promissionis & signum aquae

sup. baptisandū ferre: ita potest & promissionē huius sacramenti pferre & ministrare uescētibus: & simul ipse uesci: sicut Iudas traditor in coena dñi manet tñ semp idē sacramentū & testamētū: quod in credēte operat̄ suū opus: in incredulo operat̄ alienū opus. Verū in offerēdo longe aliud agit. Cum enī nō Missa: sed orationes offerātur deo: clarū est: oblationes impiū sacerdotis nihil ualere. Sed (ut idem Grego. ait) cum is qui indignus est ad deprecandū mittitur: animus iudicis ad deterius prouocat. Non ergo sūt cōfundenda illa duo: Missa & oratio: sacramentū & opus: testamētū & sacrificiū. Quia alterū uenit a deo ad nos per ministeriū sacerdotis: & exigite fidē: Alterū procedit a fide nostra ad deū per sacerdotē: & exigite exauditiōnē. Illud descendit: hoc ascendit: ideo: illud nō requirit necessario dignū & piū ministrū: hoc uero requirit. quia deus peccatores non exaudit: qui nouit per malos benefacere: sed nullius mali acceptat opus. sicut mōstrauit in Cayn. & Prouerb. xv. dicitur. Victimæ impiorum abominabiles dño. Roma. xliii. Omne quod non est ex fide: peccatum est.

¶ Ut autem finem huīus primæ partis faciamus: reliqua producturi: ubi impugnator insurrexerit. Cōcludimus ex oībus his: quibus nata Missa se parata: & qui digne cōmunicent. Nempe soli si qui tristes/afflictas/pturbatas/cōfusas & erroneas nō habēt cōscientias. Nam uerbū diuinæ promissionis huius sacramēti cū exhibeat peccatorū remissionē: secure accedit quicumq; peccator suorum uexatur siue morso: siue titillatiōe. Est enī testamētū hoc Christi medicina unica/præteritorū/præsentium/& futurorū peccatorū: modo idubitata fide ei adhaerens: & credideris tibi gratuito dari id quod uerba testamēti sonāt. Quod si nō credideris: nusquā/nunquā/nullis operibus: nullis studiis conscientia poteris pacare. Fides enī sola est pax cōscientiæ: infidelitas autē sola: turbatio conscientia.

## DE SACRAMENTO

## BAPTISMI.

**B**enedictus deus & pater dñi nostri Iesu Christi: qui secundū diuitias misericordiae suae saltē hoc unicū sacramentū seruauit in Ecclesia sua illibatū & incontaminatū a cōstitutionibus hominū: liberumq; fecit oībus gētibus: omnīq; hominū ordinibus: nec passus est & ipsum terribilissimis quæstus & impiissimis superstitionū portentis opprimī: eo scilicet cōsilio usus: quod paruulos: qui auaritiæ & superstitionis capaces nō sunt: eouoluit instari: & simplicissima fide uerbi sui sanctificari: quibus & potissimum hodie prodest baptismus. Nam si adultis & maioribus donandum



effēt hoc sacramentū: nō uidetur potuisse & eius perseverari uirtus & gloria  
præ tyrannide Auaritiæ & Superstitionis: quæ omnia diuina nobis supplicā  
tauit. Inuenisset sine dubio & hic prudentia carnis suas præparaciones &  
dignitates: deinde reseruatiōes / restrictiōes / & si qua sunt similia rhetia pe-  
cuniarū: quibus / aqua non uilior: quā nūc membranæ / uenderetur.

¶ Verum / ubi uirtutē Baptismi in paruulis non potuit Satan extinguere:  
præualuit tamē / ut in om̄ibus adultis extingueret: ut iam fere nemo sit / qui  
se se baptisatū recordetur: nedū gloriē. tot repertis aliis uis remittendæ  
peccatorū: & in coelū uentendī. Præbuit his opinionibus occasionē uerbū  
illud periculosum diuī Hieronymi: siue male positum: siue male intellectū:  
quo pœnitentiā appellat secundā post naufragiū tabulā. quasi baptisus  
nō sit pœnitentiā. Hinc enī / ubi in peccatū lapsi fuerint: de prima tabula seu  
naue desperātes uelut amissa: secundā tantū incipiunt niri & fidere tabulæ.  
Id est / pœnitentiæ. Hinc nata sunt uotorū / religionū / operum / satisfactionū /  
peregrinationū / indulgentiarū / sectarū infinita illa onera: & de his maria illa  
librorū / quæstionū / opinionū / traditionū humanarū / quas totus mūdus iā  
nō capit: ut incōparabiliter peius habet Ecclesiā dei ea tyrānis: quā unquam  
habuit synagogā aut ullam nationem sub celo.

¶ At Pontificū erat hæc omnia tollere: & Christianos omni cura ad synce-  
ritatē baptisati reuocare: quo intelligerēt: quid essent / & quid facere Chri-  
stianos oporteat. Verum / unū est hodie eorū officiū: populos quā longissi-  
me abducere a baptismo: & diluuiō tyrannidis suæ oēs immergere / & face-  
re: ut populus Christi (sicut Propheta ait) obliuiscat eius imperpetuū. O in-  
felices omnes / qui hodie pontificū nomine censentur: qui non modo nihil  
sciunt nec faciūt quod Pōtifices decet: sed ignorāt quoq; quid scire & face-  
re eos oporteat. Et implent illud Esaiæ. lvi. Speculatores eius caci omnes:  
nescierunt uniuersi: ipsi pastores ignorauerūt intelligentiā: omnes declina-  
uerunt in uiam suam: unusquisq; ad auaritiā suam. &c.

¶ Primū itaq; in Baptismo obseruāda est diuina pmissio: q̄ dicit. Qui cre-  
diderit & baptisatus fuerit / saluus erit. Quæ pmissio pferenda est incōpara-  
biliter uniuersis pompis operū: uotorū / religionū / & quicquid humanitas est  
introducētū. Nā in hac pēdet uniuersa salus nostra. Sic autē est obseruāda: ut  
fidē exerceam⁹ in ea: prorsus nō dubitātes: nos esse saluos postq̄ sumus ba-  
ptisati. Nā nisi hæc assit aut pareat fides: nihil pdest baptisus: imo obest:  
nō solū tū cū suscipit: sed toto post tēpore uitæ. incredulitas em̄ eiusmodi:  
mendacē arguit promissionē diuinā: quod est summū omnīū pccōrū. Hoc  
exercitiū fidei si apprehēderimus / statim intelligemus: quā arduū sit crede-  
re pmissioni huic diuinæ. Hūana em̄ imbecillitas pccōrū suorū sibi conscias

et sicillime omnium credit se esse salutem aut salutandam: & tamen nisi id credat: saluari non poterit, quia non credit ueritati diuinae promittenti salutem.

¶ Hæc erat prædicatio sedulo inculcanda populo: assidue recantanda ista promissio: semper repetendus baptismus: iugiter excitanda fouendaque fides. Sicut enim semel super nos lata diuina hæc promissione, usque ad mortem ueritas eius perseverat: ita fides in eandem nunquam debet intermitteri: sed usque ad mortem alii & roborari: perpetua memoria promissionis eiusdem in baptismo nobis factæ.

Quare dum a peccatis resurgimus siue poenitemus: non facimus aliud, quam quod ad baptismi uirtutem & fidem unde cecideramus reuertimur: & ad promissionem tunc factam redimus (quam per peccatum deserueramus. Semp enim manet ueritas promissionis semel factæ: nos extenta manu susceptura reuersos.

Atque id nisi fallor uolunt qui obscure dicunt. Baptismum esse primum & fundamentum omnium sacramentorum: sine quo nullum queat aliorum obtineri.

¶ Proinde non parum profuerit: si poenitens primo omnium baptismi sui memoriam apprehendat: & promissionis diuinae quam deseruit: cum fiducia recordatus: eandem confiteatur domino: gaudens se tantum adhuc in præsidio habere salutis: quod baptisatus sit: detestansque suam impiam ingratitude: quod a fide & ueritate eiusdem defecerit. Mire enim cor eius confortabitur: & ad spiritum misericordiae animabitur: si consideret diuinam promissionem sibi factam: quam impossibile est metiri: adhuc integram & non mutatam: nec mutabilem ullis peccatis esse: sicut Paulus dicit. II. Timoth. II. Si non credimus: ille fidelis permanet: seipsum negare non potest.

Hæc inquam ueritas dei eum seruat: ita ut si cætera omnia ruant: hæc tamen cum credita non derelinquet. Habet enim per hæc: quod insultanti aduersario opponat: habet quod turbantibus peccatis conscientiam obicit: habet quod horrorem mortis & iudicii respondeat. Habet denique quod uniuersis temptationibus solatiū sit. Nepe hanc unam ueritatem dicens. Deus est uerax in promissionibus suis: cuius signum in baptismo suscepit. Si deus pro me: quis contra me?

¶ Si enim filii Israel ad poenitentiam reuersuri: primo omnium exitum de Aegypto memorabant: & hac memoria ad deum: qui eduxerat eos reuertebant: quæ memoria & hoc ipsum præsidium eis toties a Mose inculcat: & a Dauid repetitur: quanto magis nos nostrum de Aegypto nostrum exitum debemus memorare: & memoria redire ad eum qui nos eduxit per lauacrum regenerationis nouæ: cuius memoria in hoc ipsum nobis commendata est. Id quod omnium commodissime fieri in sacramento panis & uini potest. Sic enim olim tria ista sacramenta poenitentia: baptismus panis simul eodem officio frequentabant: & alterum alterum iuuabat. Ita legitur de quadam sancta uirgine: quæ quoties tentabatur: non nisi Baptismo suo repugnabat dicens breuissime. Christiana sum. Intellexit enim hostis statim uirtutem baptismi & fidei: quæ in ueritate dei promittentis pendeat: & fugit ab ea.

¶ Ita uides / quā diues fit homo Christianus siue baptisatus: qui etiā uolens nō potest perdere salutem suā quātiscunq; peccatis: nisi nolit credere. Nulla enim peccata eum possunt dānare: nisi sola incredulitas. Cetera omnia: si redeat: uel stet fides in promissionē diuinā baptisato factam: in momento absorbētur per eandē fidem: immo ueritatē dei. quia seipsum negare non potest: si tu eum cōfessus fueris: & promittētis fideliter adhæseris. Cōtritio aut; & peccator; confessio: deinde & satisfactio: & omnia illa hominū excogitata studia: subito te deserent: & infeliciore reddēt: si oblitus ueritatis huius diuinæ / in ipsis tete distenderis. Vanitas enim uanitatū & afflictio spīritus est: quicquid extra fidem ueritatis dei laboratur.

¶ Simul uides / quā periculosum: immo falsum sit opinari: pœnitentiā esse secundā tabulā post naufragiū: & quā perniciosus sit error: putare per peccatum excidisse uim baptisimi: & nauē hāc esse illisam. Manet illa nua solida: & inuicta nauis: nec unq; dissoluit in ulla tabulas: in qua omēs uehūt qui ad portū salutis uehūtur: quæ est ueritas dei in sacramētis promittēs. Hoc sane fit: ut multi e nauē temere in mare profiliāt & pereāt. hi sunt qui delecta pmissionis fide: in peccatū sese præcipitāt. Verū / nauis ipsa permanet & trāsit integra cursu suo. quod si qua gratia ad nauē reuertī potest: nulla tabula: sed solida ipsa nauē feret ad uītā: hic est: q; ad pmissionē dei stabilē & manentē per fidē reuertit. Vnde Petrus. i. Pet. i. arguit eos q; peccāt: q; obliuionē accipiāt purgationis ueterū delictor; suor; sine dubio: ingratu dīnē accepti baptisimi: & impietate infidelitatis eorum taxans.

¶ Quid ergo prodest: de baptisimo tam multa scribere: & hanc fidem pmissionis nō docere? Oīa sacramēta ad fidem alendā sunt instituta: & hanc ipsam adeo nō tangūt: ut etiā asserant impiū homines: nō debere hominē esse certū de remissionē peccator; seu gratia sacramentor; qua impietate orbem totū dementāt: & sacramentū baptisimi: in quo stat prima gloria cōscientiæ n̄æ: funditus extinguit / nedū captiuāt: iterim insanietes in miseris animas suis cōtritionibus: anxii cōfessionibus / circumstantiis / satisfactiōib; / opibus / & id genus īfinitis nugis. Esto ergo prudēs lector: imo contēptor Magistri sententiæ libro q̄rto: cū oībus suis scribētibus: qui tm̄ de materia & forma sacramentor; scribūt: dum optime scribūt. id est. mortuā & occidētē literā sacramentor; tractāt. Cæterū spīritū: uitam & usum. id est. pmissionis diuinæ ueritatē & nostrā fidē prorsus intactas relinquūt.

¶ Vide itaq; / ne te fallant operū pompæ: & humanarū traditionū fallaciæ: ut ueritatē diuinā & fidei tuæ non facias iniuriam. A fide sacramentor; tibi incipiendū est: sine ullis operibus: si saluus fieri uoles. fidem aut; ipsa sequetur opera: tantū ne uilem habeas fidem: quæ opus est omniū operum excel-

lentissimū & arduissimū: quo solo / etiā si cæteris omnibus carere cogereris / seruaberis. Est enim opus dei: nō hominis sicut Paulus docet. Cætera nobiscum & p nos opat: hoc unicū in nobis / & sine nobis operatur.

**C** Ex his pspicue discernere possumus: qd inter Ministrū hominē: & autorem deū intersit in baptisando. Homo em baptisat: & nō baptisat. Baptisat quia pficit opus: dū mergit baptisandū. Nō baptisat: quia nō fungit in eo opere sua autoritate / sed uice dei. Vnde oportet nos baptismū de manu hominis non aliter suscipere / quā si ipse Chrs: imo ipse deus nos suis ppriis manibus baptisaret. Nō em hominis est / sed Christi & dei baptismus quē recipimus per manū hoīs. Sicut quelibet alia creatura qua utimur per manū alterius / nō est nisi dei. Caue ergo sic discernes baptismū: ut externū hōi: iūternū deo tribuas: utriq; solī deo tribue / nec cōferentis psonā aliā / quā instrumētū uicariū dei accipe: p quod dominus in cælo sedēs: te in aquā suis manibus ppriis mergit: & remissionē pctōꝝ pmittit in terris: uoce hoīs tibi loquens per os ministri sui.

**C** Hoc & ipsa uerba tibi dicūt / cū dicit. Ego baptiso te in nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Nō dicit. Ego baptiso te in nomine meo. Quasi dicat id quod facio: nō mea autoritate: sed uice & nomine dei facio: ut nō aliter habeas: quā si ipse dominus uisibiliter fecisset. Autor & minister diuersi sunt: sed opus idē utriusq;: imo solus autoris / per ministeriū meū. Sic enī ego arbitror: in nomine / referre personā autoris: ut non tantū sit nomē domini p̄tendere & inuocare in opere: sed ipsum opus tanq̄ alienū: alterius nomine & uice implere. Quo tropo Matth. xxiii. Christus dicit. Multi uenient in nomine meo. Et Ro. i. Per quē accepimus gratiā & Apostolatū ad obediendū fidei in omnibus gentibus pro nomine eius.

**C** Hanc sententiā ego libētissime sequor. quod sit plenissimum solatiū & efficacax fidei adiutoriū: nosse se esse baptisatū: nō ab homine: sed ab ipsa trinitate per hominē: qui noīe eius rem gerat apud nos. Quo cessat illa ociosa cōtentio: qua de forma baptismi (quā appellāt ipsa uerba) litigāt. Gracis dicētib. Baptisetur seruus Christi. Latinis. Ego baptiso. Item alii rigidissime nugātes: damnāt sic dicit. Ego baptiso te in nomine Iesu Christi. quo ritu certū est Apostolos baptisasse: ut in Actis apostolicis legimus: uolūtq; nullā aliā deinceps ualere quā istā. Ego baptiso te in nomine patris & filii & spiritus sancti Amen. Sed frustra contendūt / nihil enī probāt: sua somnia dūtaxat afferunt. Quocūq; modo tradatur baptismus: modo nō in nomine hominis: sed in nomine domini tradatur: uere salutū facit. Immo nō dubitem / si quis in nomine domini suscipiat: etiā si impius minister non det in nomine dñi / uere baptisatū esse in nomine dñi. Non em in cōferentis tantū  
quantū

quantū in suscipiēdis fide uel usu: sita est uirtus baptismi. Sicut legitur ex  
emplū de quodā Mimo: per iocum baptisato. Istas & similes disputatio-  
num & quæstionū angustias: fecerūt nobis ii qui fidei nihil: operibus at-  
ritibusq; omnia tribuerūt. cū soli fidei omnia & nihil ritibus debeamus  
quæ nos facit liberos spiritu ab oībus istis scrupulis & opīonibus.

¶ Alterū quod ad baptismū pertinet: est signum seu sacramētum quod  
est: ipsa mersio in aquā / unde & nomē habet. Nā baptismo grece mer-  
go latine: & baptisma mersio est. Dictū: est enim iuxta promissōes di-  
uinas dari & signa: que id figurent quod uerba significant / seu ut recen-  
tiores dicunt: sacramentum efficaciter significat: quod quale sit uidebī-  
mus. Arbitratī sunt quamplurimi: esse aliquam uirtutem occultam spi-  
ritualem in uerbo & aqua quæ operetur in anima recipiētis gratiā dei.  
His alii cōtradīcentes statuūt: nihil esse uirtutis in sacramētis: sed gratiā  
a solo deo dari: qui assistit ex pacto sacramētis a se institutis. Oēs tamē  
in hoc concedūt: sacramēta esse efficacīa signa gratiæ. ad quod hoc uni-  
co mouētur argumēto. Nō uiderī alioqui qua ratione nouæ legis sacra-  
menta præstaret uetustis: si solū significarēt. Et hinc impulsī sunt tantū  
tribuere sacramētis nouæ legis: ut prodesse ea statuerēt: etiam his qui in  
peccatis mortalibus sunt: nec requiri fidē aut gratiā: sed sufficere: nō po-  
uisse obicem: hoc est: actuale propositū denuo peccandi.

¶ Hæc autē / quia sunt impia & infidelia: cōtra fidē & naturā sacramen-  
torū pugnātia: diligēter sunt caueda & fugiēda. Error em̄ est: sacramēta  
nouæ legis differre a sacramētis ueteris legis. penes efficacīa signifi-  
cati-  
onis: utraq; æqualiter significabāt. Idē enī deus / qui nos nūc per bap-  
tismum & panē saluat / saluauit Abel per sacrificiū: Noe per arcum: Abrahā  
per circūcisionē: & alios oēs per sua signa. Nihil itaq; differt sacramentū  
ueteris & nouæ legis quo ad significatiōē: modo ueterē legē appelles  
quicquid in patriarchis & aliis patribus tēpore legis operatus est deus.  
Nam ea signa quæ in patriarchis & patribus facta sunt: lōge sunt discer-  
nenda a figuris legalibus quas Moses in lege sua instituit: quæ sunt / ritus  
sacerdotales in uestibus / uasis / cibis / domibus & similibus. Ab his enim  
nō modo lōgissime differūt nouæ legis sacramēta. sed & ipsa signa / quæ  
pro tēpore deus patribus dedit in lege uiuētib; . quale fuit Gedeonis  
in uellere / Manue in sacrificio: quale & Isaias obtulit Ahas. Isai. vii. in  
his enī simul promittebat aliquid: quid fides in deum exigebatur.

¶ In hoc ergo differūt legales figuræ a signis nouis & uetustis: & lega-  
les figuræ nō habēt annexū uerbū promissionis quod fidē exigat. unde  
nō sunt signa iustificatiōis. quia nō sunt sacramēta fidei: q̄ sola iustificāt.

sed sunt sacramēta opis tantū. Tota em̄ corꝝ uis & natura erat: opus/nō fides. Qui em̄ ea faciēbat: implebat ea: etiā sine fide opans. At nra: & patrū signa seu sacramēta habēt annexū uerbū pmissiōis: qđ fide exigite & nullo ope allo impleri potest: ideo sūt signa seu sacramēta iustificatiōnis. qđ sūt sacramēta iustificatiōis fidel & nō operis. unde & tota corꝝ efficacīa est ipsa fides: nō opatio. Qui em̄ eis credit: is implet ea: etiā si nihil opet. Inde puerbiū illud. Nō sacramētū: sed fides sacramēti iustificat. Sic circūcisio nō iustificauit. Abrahā & semē eiꝝ: & tñ Apostolus eā appellat signaculū iustitię fidel. Quia fides ī pmissiōe: cui iūcta fuit circūcisio: iustificabat & implebat id quod circūcisio significabat. Fides em̄ fuit circūcisio prępucit cordis in spiritu: quā figurabat circūcisio carnis in litera. Sic sacrificiū Abel plane nō eum iustificabat: sed fides: quā se deo totum obtulit: quā sacrificiū externum figurabat.

¶ Ita baptismus neminē iustificat: nec ulli prodest: sed fides in uerbū pmissiōis: cui additur baptismus: hęc em̄ iustificat: & implet id qđ baptismus significat. Fides em̄ est submersio ueteris hominis: & emersio noui hominis. Quare fieri nō potest: ut sacramēta noua differāt ab antiqꝝ sacramētis. Habent em̄ æque pmissiōes diuinas: & eundē spiritū fidē licet a figuris antiquis incōparabiliter differant: propter uerbū pmissiōis: quod est mediū unicū & efficacissimū differētię. Sicut & nūc pompa uestiū: locorū: ciborū & infinitarū ceremōiarū sine dubio figurat egregia in spiritu implenda: & tamē quia nullū adest eis uerbū diuinę pmissiōis: nulla ratione cū signis baptismi & panis cōferri possunt: nec iustificant: aut p̄sunt ullo modo. cū impletio eorū sit ipse usus: seu opus eorū sine fide. dū em̄ fiunt: seu agūtur: implētur. Sicut & Apostolus Colos. ii. de eis dicit: quę omnia ipso pereūt usu: iuxta pręcepta & doctrinas hominū &c. At sacramēta nō implentur dum fiunt: sed dum creduntur.

¶ Ita nec uerū esse potest: sacramētis iesse uim efficacē iustificatiōis: seu esse ea signa efficacīa gratię. Hęc em̄ oīa dicūtur in iacturā fidē: ex ignorantia pmissiōis diuinę. Nisi hoc modo efficacīa dixeris: qđ si assit fides idubitata: certissime & efficacissime gratiā cōferāt. At nō hoc modo efficacīa illis tribui p̄bat: qđ ea p̄desse dicūt oībꝝ etiā im̄p̄lis & incredulis modo nō ponāt obicē. qđ ipsa incredulitas: nō sit omnīū obstinatissimus & hostilissimꝝ obex gratię. adeo ex sacramēto pręceptū: ex fide opus facere moliri sūt. Nā: si dat gratiā mihi sacramētū quia suscipio: iā uere ex opere meo: nō ex fide gratiā obtineo: nec pmissiōē in sacramēto apprehendo: sed solū signū institutū & p̄ceptū a deo. Ita clare uides: qđ nihil sacramēta intellecta sunt sententiaris Theologis: quod nec fidel: nec

pmissiōis ullā in sacramētis rationē habuerint: tātū ī signo & usu signi  
 herētes: & ex fide ī opus: ex uerbo in signū nos rapiētes: q̄ re (ut dixi) sa-  
 cramēta nō modo captiuauerūt: sed penitus: qđ in eis fuit: abolerunt.  
**¶** Nos ergo aperiētes oculū discamus: magis uerbū quā signū: magis fi-  
 dē quā opus: seu usū signi obseruare. Sciētes: ubicūq; est pmissio diuinā:  
 ibi requiri fidē. Esseq; utrunq; tā necessariū: ut neutrū sine utro efficax  
 esse possit. Neq; em̄ credi potest / nisi assit promissio / nec pmissio stabili-  
 tur / nisi credatur. ambæ uero si mutuaē sint / faciunt uerā & certissimā effi-  
 caciā sacramētis. Quare efficaciam sacramēti citra promissionē & fidem  
 quærere / est frustra nitī / & dānationē inuēire. Sic Christus. Qui credide-  
 rit & baptisatus fuerit / saluus erit / qui nō crediderit / cōdemnabit. Quo  
 mōstrat / fidē in sacramēto adeo necessariā: ut etiā sine sacramēto seruire  
 possit. ideo noluit adūcere. Qui nō crediderit. & nō baptisatus fuerit.  
**¶** Significat itaq; baptismus duo / mortē / & resurrectionē / hoc est: plena-  
 riā cōsumatāq; iustificationē. Quod em̄ minister puerū imergit in aquā  
 mortē significat / qđ aut rursū educit / uitā significat. Ita Paulus Ro. vi.  
 exponit. Cōsepulti em̄ sumus Christo per baptismū in mortē / ut quē ad  
 modū Christus resurrexit ex mortuis per gloriā patris / ita & nos in no-  
 uitate uitæ ambulem. Hāc mortē & resurrectionē appellam⁹ nouā crea-  
 turā / regenerationē / & spirituale natiuitatē / quā nō oportet allegorice tā-  
 tū intelligi de morte peccati & uita gratiæ: sicut multi solent: sed de uera  
 morte & resurrectione. Non em̄ baptismus significatio ficta est. Neq; pec-  
 catū moritur / neq; gratia surgit plene / donec corp⁹ peccati / qđ gerimus  
 in hac uita / destruat. ut ibidē Apostol⁹ dicit. Nā donec ī carne sum⁹ / de sy-  
 deria carnis mouēt & mouent. Quare dū icipim⁹ credere / simul icipim⁹  
 mori huic mūdo / & uiuere deo ī futura uita / ut fides uere sit mors & resur-  
 rectio: hoc est / spiritualis ille baptismus / quo imergimur & emergimus.  
**¶** Quid ergo baptismo tribuit ablutio a peccatis / uete qđ tribuitur / sed  
 lentior & mollior est significatio: quā ut baptismū exprimat: qui potius  
 mortis & resurrectionis symbolū est. Hac ratione motus / uellē baptisados  
 penitus in aquā imergi: sicut sonat uocabulū & signat mysteriū: nō qđ  
 necessariū arbiter: sed qđ pulchrū foret / rei tam pfectæ & plenæ signū  
 quoq; plenū & pfectū dari / sicut & institutū est sine dubio a Christo. Pec-  
 cator em̄ nō tā abluī quā mori debet / ut totus renouetur in aliā creaturā:  
 & ut morti ac resurrectioni Christi respondeat / cui per baptismū cōmo-  
 ritur & corresurgit. Licet em̄ possis Christū dicere ablutū a mortalitate /  
 dū mortuus est & resurrexit / segnīus tamē dixeris / quā si in totū mutatū  
 & renouatū dixeris / ita ardentius ē / per baptismū nos significari omnibus

modis mori & resurgere in aeternam uitam: quam ablui a peccatis.

¶ Hic iterum uides, Baptismi sacramentum etiam quo ad signum non esse momentaneum aliquod negocium, sed perpetuum. Licet enim usus eius subito transeat: tamen res ipsa significata durat usque ad mortem: imo resurrectionem in nouissimo die. Quoad uultum enim uultus: semper id agimus quod baptismus significat: id est, morimur & resurgimus. Morimur inquam non tantum affectu & spiritualiter: quo peccatis & uanitatibus mundi renunciamus: sed reuera/ultam hanc corporalem incipimus relinquere: & futuram uitam apprehendere: ut sit realis (quod dicunt) & corporalis quoque transitus ex hoc mundo ad patrem.

¶ Quare nobis cauendum est ab illis: qui baptismum uel eo redegerunt tenuitatis & paruilitatis: ut gratiam in eo dicant quidem infundam: sed postea per peccatum effundam: tamen aliam uiam: ac iam quasi baptismum penitus irritum factum ad coelum eundem. Non sic tu arbitrabere: sed intelliges eam esse baptismi significationem/qua moriaris & uiuas: ideo non posse te siue per poenitentiam: siue per quamcumque aliam uiam redire: nisi ad uiam baptismi: ac denuo illud facere quod baptisatus es ut faceres: quodque baptismus tuus significabat. Numquam sit baptismus irritus: donec desperas redire ad salutem nolueris. Aberrare quidem poteris ad tempus a signo: sed non ideo irritum est signum: ita semel es baptisatus sacramentaliter: sed semper baptisandus fide: semper moriendum/semperque uiuendum. Baptismus totum corpus absorbit: & rursus edidit/ita res baptismi totam uitam tuam cum corpore & anima absorbere debet: & reddere in nouissimo die: indutam stola claritatis & immortalitatis. Itaque nunquam sine baptismi tam signo quam re ipsa sumus: imo semper sumus baptisandi magis ac magis/donec signum perfecte impleamus in nouissimo die.

¶ Intelligis ergo/quicquid in hac uita gerimus/quod ad mortificationem carnis & uiuificationem spiritus ualet/ad baptismum pertinere: & quo breuius a uita absolui mur: eo citius baptismum nostrum impleamus: & quo atrociora patimur: eo felicius baptismum respondeamus. Ideoque Ecclesiam tunc fuisse felicissimam: quando martyres mortificabantur omni die: & aestimabantur sicut oues occisionis, tunc enim regnabat in Ecclesia uirtus baptismi pleno imperio: quam hodie ignoramus etiam/prae multitudinae operum & doctrinarum humanarum. Quicquid enim uultus/Baptismus esse debet: & signum seu sacramentum baptismi implere, cum a ceteris omnibus liberati: unitantum baptismum sumus addicti. id est, morti & resurrectioni.

¶ Hanc gloriam libertatis nostrae: & hanc scientiam baptismi esse hodie captiuam: cui possumus referre acceptum: quam uni tyranni Romani pontificis qui/ut pastorem primum decet: unus omnium maxime debuit esse praedicator & assertor huius libertatis & scientiae: sicut Paulus, II, Corinth, III, dicit,



Sic nos existimet homo sicut ministros Christi: & dispensatores mysteriorum seu sacramentorum dei. Ipse solus id agit: ut suis decretis & iuribus operimatur: & in potestatis suae tyrannide captiuos illaqueet. Obsecro / quo iure (ut non dicam: quam impie & danabiliter haec mysteria omittat docere) Papa super uos constituit leges! Quis dedit ei potestatem: captiuam huius nostrae libertatis / per baptismum nobis donatae! Unum (ut dixi) nobis in tota uita agendum est propositum: ut baptisemur: id est, mortificemur: & uiuamus per fidem Christi: quam & unice doctam oportuit: maxime a summo pastore. At nunc: tacita fide: infinitis legibus operum & ceremoniarum extincta est Ecclesia: ablata uirtus & scientia baptismi: impedita fides Christi.

¶ Dico itaque / neque Papa / neque Episcopus: neque ullus hominum habet ius unius syllabae constituendae super Christianum hominem: nisi id fiat eiusdem consensu. Quicquid aliter fit: tyrannico spiritu fit. Ideo orationes / ieiunia / donationes / & quaecumque tandem Papa in uniuersis suis decretis tam multis quam iniquis statuit & exigit: prorsus nullo iure exigit & statuit: peccatque in libertatem Ecclesiae toties quoties aliquid horum attentauerit. Hinc factum est: ut ecclesiastici / hodierni: strenui quidem sunt tutores libertatis Ecclesiasticae. id est, lapidum / lignorum / agrorum & censuum (sic enim hodie Ecclesiastica sunt idem quod spiritualia) sed eiusdem fictis uerbis uerae Ecclesiae libertatem non modo captiuent: sed pessudent penitus: etiam plus quam Turca: contra Apostolum qui dicit, Nolite fieri serui hominum. Hoc enim uere est hominum seruos fieri: statutis & tyrannicis eorum legibus subici.

¶ Adiuuant hanc impiam & perditam tyrannidem discipuli Papae: huc torquentes & deprauantes illud Christi. Qui uos audit / me audit. Magnis enim buccis hoc inflant uerbum per suis traditionibus: cum Christus hoc dixerit Apostolis euntibus predicare Euangelium: & ad Euangelium tantum referri debeat. ipsi omisso Euangelio: suis fabulis tantum id aptant. Dicit enim Iohan. x. Oues meae uocem meam audiunt: alienorum autem uocem non audiunt. Ideo & relictum est Euangelium ut uocem Christi sonaret Pontifices. at ipsi suas uoces sonant: audiri denique uolunt. Apostolus quoque dicit sese missum esse: non baptizare: sed euangelizare. Itaque nemo est obnoxius Pontificis traditionibus. nec oportet eum audiri: nisi dum Euangelium & Christum docet: nec aliud ipse docere debet quam fidem liberrimam. Cum autem Christus dicat: Qui uos audit / me audit: cur non Papa audiat alios! Non enim soli Petro dicit: qui te audit. Denique / ubi est uera fides: ibi & uerbum fidei esse necessarium est. Cur ergo Papa infidelis non audiat quandoque seruum suum fidelem habentem uerbum dei? Caecitas / caecitas in Pontificibus regnat.

¶ Alii uero multo impudenciores ex illo Matth. xvi. Papae arrogat pote

Ratē legū cōdendarū. Quodcūq; ligaueris &c. cū ibi Christus de peccatis ligādis & remittendis agat nō de Ecclesia tota captiuanda & legibus oprimēda: ita oīa agit ista tyrānis fictis suis uerbis: tortis per uim ac deprauatīs uerbis dei. Hoc sane cōfiteor. Esse tyrānidē istā maledictā ferēdā Christiāns: sicut quālibet aliā uiolētiā huius mūdi, iuxta illud Christi. Qui te percusserit in maxillā dexterā. prebæ ei & alterā / sed hoc queror: quod Impiū pōtīfices se id iure posse & facere iactāt: & rei Christiāe sese cōsulere hac Babylone sua p̄sumūt: hāc ipsā opīonē omībus persuadentes. Si em̄ cōsciētia impietatis & tyrānidis ea facerēt: aut nos pateremur uim eorū / iter ea securi nūeraremus quæ ad mortificādā uītā hāc: & implēdū baptisimū ualēt itēgra nobis relicta cōsciētia gloriādī de iniuria illata. At nūc uolūt sic cōsciētia libertatis n̄æ illaqueari / ut credam⁹ bene a se gerī quæ gerūt: nec licere ea rephēdī / aut inique gesta q̄rulari: & cū sint lupi: uideri uolunt pastores: cū sint Antichristi: uolūt honorari pro Christo. Pro hac dumtaxat clamo Libertate / & cōscientia / clamoque fidenter.

**C** Christiani nihil ullo iure posse imponi legū: siue ab hominib⁹: siue ab angelis: nisi quantū uolūt. Liberi em̄ sumus ab omīb⁹. Quod si quæ imponūtur / sic ferenda sunt ut libertatis cōsciētia salua sit: quæ sciat & certo affirmet iniuriā sibi fieri / q̄ cū gloria ferat / ita cauēs / ne iustificet tyrānū: ut ne murmuret cōtra tyrānidē. Quis em̄ est (ait Petrus) quobis noceat si bonū amulatī fueritis? Oīa coopant electis ī bonū. Attamē q̄ hāc baptisimi gloriā / & libertatis Christianæ felicitatē pauci nouerūt: nec præ tyrānide Papæ nosse possunt / ipse me hic expedio: & cōscientiā meā redimo: compellans Papā & omnes papistas. Quod nisi sua iura & tradiōes sustulerint: & ecclesiis Christi libertatē suā restituerit / eamq; doceri fecerint: reos esse omniū animarū quæ hac misera captiuitate pereunt: esseq; Papatū allud reuera nihil: quā regnū Babylonis: & uerū Antichristi. Quis em̄ est homo peccati & filius perditionis / quā is: qui suis doctrinis ac statutis prophanis / peccata & perditionē animarū auget in Ecclesia: sedēs tamē in Ecclesia sicut deus? At hoc totū abūde impleuit tyrān⁹ papalis iā a multis sæculis: quæ fidē extinxit / sacramēta obscurauit. Euāgelium oppressit: suas autē nō modo impias & sacrilgas ueruetiā barbaras & in doctissimas leges Imperauit: & sine fine multiplicauit.

**C** Vide ergo miserā captiuitatis n̄æ. Quomodo sedeat sola ciuitas plena populo / & facta sit uidua domia gētū / p̄iceps puīntiæ sub tributo. Nō est q̄ cōsoleat eā: etā am̄ici ei⁹ spreuerūt eā &c. Tot ordīes / tot ritus / tot sectæ: tot p̄fessōes: tot studia / tot opa sūt q̄bus hodie Christiāi occupant / ut obliuiscantē baptisimū suū: & nemo præ hāc locustarū: erucarum:

bruchorū multitudīe meminisse possit: sese esse baptisatū/ aut qd i baptis-  
mo cōsecutus sit. Decebat em̄ nos esse sicut paruuli baptisati/ q nullis stu-  
diis: nullisq; opibus occupati in oīa sūt liberi/ solius gloria baptisati sui  
securi & salui. Sumus em̄ & ipsi paruuli in Christo alsidue baptisati.

¶ Opponet forsītā iis quæ dicta sūt: baptisus paruulorū: q p̄missionē  
dei nō capiant: nec fidē baptisati habere possūt: ideoq; aut nō requiri fi-  
dē: aut paruulos frustra baptisari. Hic dico qd omnes dicūt: fide aliena  
paruulis succurri: illoꝝ qui offerūt eos. Sicut em̄ verbū dei potēs est dū  
sonat etiā impiū cor immutare: qd nō minus est surdū & incapax quam  
ullus paruulus: ita per orationē Ecclesiæ offerētis & credētis: cui oīa pos-  
sibilia sūt: & paruulus fide infusa mutatur/ mūdatur: & renouat. Nec du-  
bitarē etiā adultū impiū: eadē Ecclesia orāte & offerente: posse in quouis  
sacramēto mutari. sicut de paralytico Euangelico legimus aliena fide  
sanato. Atq; hac ratiōe libens admitterē: sacramēta nouæ legis esse effi-  
cacia ad dandā gratiā nō modo nō ponētib;: sed etiā obstinatissime po-  
nētib; obicē. Quid em̄ fides Ecclesiæ & oratio fidel nō tolleret: cū Pau-  
lū Apostolū Stephanū hac vi cōuertisse credat? At tūc sacramēta nō sua  
sed fidei uirtute faciūt qd faciūt: sine qua nihil p̄sus faciūt: ut dixi.

¶ Quartur etiā adhuc: an paruulus nōdū natus: possit porrecta ex ue-  
tero manu uel pede baptisari? Hic nihil temere iudico: meāq; ignorantiā  
cōfiteor. Nec scio: an id satis sit qd pro fundamēto habēt. Esse uidelicet  
animā in qualibet parte corporis totā. Nō em̄ anima/ sed corpus baptisa-  
tur aqua externe. Sed nec hoc iudico quod dicunt: renasci cū nō posse  
qui natus nōdū sit: & si uehemēter urgeat. ideo magisterio spiritus hac  
relinquo: Interim sinens quēq; suo sensu abundare.

¶ Vnū hic addo/ qd utinā cūctis: quæ persuadere/ id est/ ut uota p̄sus  
omnia tollerentur/ aut uitarētur. siue sint religionū/ siue peregrinationū:  
siue quorūcunq; operū/ maneremusq; in libertate religiosissima & opo-  
sissima baptisati. Dici nō potest quantū detrahat baptisato/ & obscuret  
scientiā libertatis Christianæ/ opinio illa uotorū plus nimio celebris/ ut  
iterim taceā infāda etiā: eaq; ifinita picula anīarū: quæ uouēdi ista libido  
incōsultaq; temeritas quotidie auget. O impijs. p̄tiffices & infelicissimī  
pastores: q secure stertitis: & in uestris cupiditatibus lasciuīs: & nihil cō-  
patimini super ista cōtritione Ioseph pessima & periculossima.

¶ Oportuit hic generali edicto uel tollere uota: illa præsertim p̄petua: &  
ad baptisati uota cunctos reuocare: uel diligēter monere: ne quis temere  
uoueret nullū inuitare/ immo difficiles tardosq; esse ad uota p̄mittēda.  
Abunde em̄ uouimus in baptisato/ & plus quam possimus implere: sat

negocii habetur: si huic uni Intēderimus. At nūc mare & aridam creuimus: ut multos profelytas faciamus: mundū sacerdotib⁹: monachis/monialibus implemus: & hos oēs perpetuis uotis icarceramus. Hic iuenias: qui disputēt & statuāt: opus intra uotū esse præstātius opere extra & citra uotū: & nescio quātis præmiis in cælo aliis præferendū. Pharisei cæci & impij: qui ex operū magnitudine & multitudine: aliaue qualitate metūtur iustitiam & sanctitatē: quæ ex sola fide apud deum mensuratur: apud quem nulla est differētia operum: nisi quāta est fidei differentia.

¶ Faciūt hac bucca sua hoies impij: suis inuentionibus opinione & opa hominū inflant: ad alliciendū stolidū uulgus: qd' specie operū fere ducit in magnā iacturā fidei: obliuionē baptismi: iniuriā libertatis Christianæ. Cū em̄ uotū sit lex quædā & exactio: necessario multiplicatis uotis: leges & opera multiplicant: qbus multiplicatis: fides extinguit: & baptismi libertas captiuat. His blāditijs impijs nō cōtenti: addūt alij. Ingressum religiōis esse uelut nouū baptisma: qd' deinceps licet toties renouari quoties ab integro propositū religiōis renouat. Ita uotarij isti: sibi solis iustitiā/salutē/gloriā tribuerūt. Baptisatis prorsus nihil relinquerūt: quo possint eis cōferri. Iā Ro. pōtifex superstitionū oīm fons & autor: magnificis bullis & idultis has uiuēdi rōnes cōfirmat: approbat/ornat. Baptismū uero nemo uel mēoria dignat. Atq; ijs pōpls speciosis (ut dixi) sequacem populū Christi: in quascūq; uolēt symplegadas pellūt: ut ingrati suo baptismo/psumant meliora suis operibus præstare/quā alij sua fide.

¶ Quare & deus rursus cū pueris puerus: ulturus ingratitudinē & superbiam uotarioꝝ/facit/ut uota sua nō seruet: aut cū ingēti labore seruēte maneātq; in eis imersi: nunq̄ fidei & baptismi gratiā cognoscētes: & cū nō sit creditus cū deo spūs eoꝝ: perseuerēt in hypocrisi sua in perpetuū: & tandē ludibrio sint toti mūdo: semp iustitiā sectādo: & ad iustitiā nunquam perueniēdo: ut impleat illud Esaia. ii. Et terra repleta est idolis.

¶ Ego sane nō phibuerim: nec repugnauerim: si qs priuatim arbitrio suo quippiā uelit uouere /ne uota penitus contēnā: aut dānem: sed publicū uitæ genus hinc statui & cōfirmari omnino disuaserim. Sufficit cuiq; uouendi priuata licentia periculo suo: publicam uero cōmendari rationē uiuendi in uotis uouendis: arbitror perniciosum esse Ecclesiæ: & animabus simplicibus. Primū: quod non parū Christianæ uitæ repugnet: in hoc: quod uotū est lex quedam ceremonialis & humana traditio seu præsumptio: a qua Ecclesia p baptismū liberata est. Christianus em̄ nulli legi addictus est: nisi diuinæ. Deinde/quod nō habeat exemplū in scripturis: præcipue castitatis/obediētiae/pauptatis ppetuæ uotū. Quod autē

autem e scripturis exemplū nō habet periculosum est: nulli prorsus suadendū: multo minus pro uulgari & publico uiuendi genere statuendū & si cuilibet audere suo periculo quod uoluerit / sit permittendū. Opera enim quædam spiritus in paucis operatur: quæ in exemplū: aut uiuendi modum nequaquā sunt uocanda.

¶ Sed & uehemēter metuo: ne uotiuæ istæ uiuēdi rationes / religiosorū sint de numero eorū de quibus Apostolus p̄dixit. Erunt docētes in hypocrisi mendaciū: prohibentes nubere: & abstinere a cibis: quos deus creauit ad percipiendū cū gratiarū actiōe. Nec mihi quisquā obiecerit sanctum Bernardū / Franciscū / Dominicū / & similes religionū uel autores / uel auctores. Terribilis & mirabilis est deus in cōsiliis suis super filios hominū. Potuit Danielē / Ananiā / Azariā / Misael in Babylonicū regni (id est: in media impietate) administratiōe seruare sanctos: cur nō potuisset & hos in periculoso uitæ genere sanctificare: aut singulari ope spūs gubernare qđ tñ exemplū aliis fieri noller? Et certum est: nullū illoꝝ per uota sua & religionē fuisse saluatū: sed per fidem solā: in qua omnes saluamur: cōtra quā maxime omnium pugnant speciosa illæ seruitutes uotorum.

¶ Sed abūdet hic sensu quisq; suo: ego quod cœpi p̄sequar: cū pro libertate Ecclesiæ & gloria baptismi nūc loquar: in mediū cōsulere debeo qđ spiritu magistro itellexerim. Quare cōsulo / Primū magnatibus Ecclesiæ ut oīa ista uota: seu uitas uotariorū tollāt: uel nō probēt & extollāt. Aut si hoc nō fecerint: suadeo oībus qui uolūt securius salui fieri: ut sibi ab oībus uotis / p̄sertim magnis & p̄petuis tēperent: maxime adulescētes & iuuenes. Hoc cōsulo primū ideo: qđ hoc uitæ genus: ut dixi: nullū habet in scripturis testimoniū & exemplū: sed solis hominū Pontificū bullis & uere bullis est inflatū. Deinde / quod p̄clue sit in hypocrisim p̄pter suā speciē & singularitatē: unde nascit̄ supbia & contēptus cōmunis Christiānæ uitæ. Atq; si nulla alia esset causa eadē uota tollēdi: hæc una satis haberet pōderis. Quod per ipsa fidei: & baptismi detrahīt: & opa magnificānt̄ q̄ sine pernīcie magnificari nō possunt. Nā inter multa milia uix est unus: qui nō magis opera in religiōibus suscipiat quā fidē. qua isania & sese mutuo p̄æterūt: tanquā strictiores & laxiores: ut uocant.

¶ Quare ego nulli suadeo: imo oībus dissuadeo ingressum cuiuscūq; religiōis aut sacerdotii: nisi sit ea sciētia p̄munitus: ut itelligat / opera quæcūlibet sacra & ardua religiosorū & sacerdotū in oculis dei p̄sus nihil distare ab operibus rustici in agro laborantis: aut mulieris in domo sua curantis: sed sola fide oīa apud deū mēsurari. sicut Hierē. v. dicit. Dñe oculi tui respiciūt fidē. Eccl. xxxii. In omni opere tuo crede ex fide aniæ tuæ.

hæc em̄ est cōseruatio mandatorū dei: imo frequētius cōtingere: ut gra-  
tius sit ancillæ: aut serui domesticū & uile opus: quā oīa seīunia & opera  
religiosi & sacerdotis/ob fidei defectū. Cū ergo probabile sit/uota hodie  
nō nisi ad operū ualere iactantiā & præsumptionē: metuendum est: nus-  
quā minus de fide & Ecclesia esse: quā in sacerdotibus/monachis/& epī-  
scopis: & eos ipsos esse reuera gētiles seu hypocrytas: qui se Ecclesiā aut  
cor Ecclesiæ: itē spūales & rectores Ecclesiæ arbitrant: cū sint nihil min⁹.  
Et hūc esse uere populū trāsmigrationis: in qbus captiua sunt oīa quæ  
nobis in baptismo libera donata sunt: relicto populo terræ paupe & mo-  
dico: qui uelut cōiugatis cōtingit: uiles in oculis illorū apparēt.

¶ Ex his duos insignes errores Ro. pōtificis cognoscimus. Prior/quod  
dispēsat in uotis: facitq; id: quasi solus præ oibus Christianis habeat au-  
toritatē. tanta est hominū impiorū temeritas & audaciā. Si em̄ uotū dis-  
pensari pōt: qlibet frater cū proximo: & ipse secū dispētare pōt. Sin dis-  
pensare pximus nō potest: nullo iure Papa pōt. Vnde em̄ habet hæc au-  
toritatē: Ex clauibus! At hæ oibus cōmunes sunt: & sup peccata dūtax-  
at ualēt. Mat. xvii. Cū autē & ipsi fateant: uota esse iuris diuini: qd misē-  
ras fallit & perdit animas: dispēsans in iure diuino qd est indispen-  
sabile! Blatterat quidē, tit. de uot. & uoti redem. se posse mutare uota: sicut or-  
lim in lege: primogenitū asini mutabat oue. quasi idem sit primogenitū  
asini: & uotū/quod tam cōstanter ubiq; exigit reddi: aut si dñs i lege suas  
ouem pro asino statuat mutari: mox etiā homo Papam in lege nō sua: sed  
eiusdē dei: eandē habeat potestatē. Nō Papa hanc decretalem fecit: sed  
asinus pro Papa mutatus: sic insigniter & delyrus & impius est.

¶ Posterior/quod rursus decernit: matrimoniu diuini: si alter altero etiā  
inuīto/monasteriū igrediat: nondū cōsummato matrimonio. Obsecro/  
Quis fatan hæc inspirat Papæ portēta! Deus p̄cipit homī seruare fidē:  
& ueritatē inuicē custodire: deinde/de suo quēq; facere bonū. odit enim  
rapinā in holocaustū: ut per Esaiā dicit. At cōiunx alter alteri per pactum  
fidē debet: nec suus est/quā nullo iure potest dissoluere: & qquid de se  
facit: de rapina facit: altero inuīto. Aut qre nō etiā hac regula: qui are ali-  
eno premitur: religionē intrat & suscipit: ut a debitis liberet: ut fidē li-  
ceat negare! Cæci/cæci. Quid est maius! Fides a deo præcepta: an uotū  
p hominē excogitatū & electū! Tu es pastor animarū Papa! & uos estis  
doctores sacre Theologiæ: qui hæc docetis! Qua em̄ causa sic docetis!  
Nempe/quod uotū meliore opere quā coniugiū ornastis: sed nō fidei  
quæ sola magnificat oīa: sed opera magnificatis: quæ nihil sunt coram  
deo: aut omnia æqualia: quantū ad meritū attinet.

¶ Ego itaq; nō dubito in uotis: si recta sunt: neq; homines: neq; angelos posse dispēfare. Sed hīc nō sum plane mīhī ipsi persuasus: an ea sub uoto cadāt oīa quæ hodie uouētur. Quale est illud mīre ridiculū & stultū: qđ parētes uouēt prole: uel nondū natā uel infantē ad religionē seu ppetuā castitatē: imo hoc sub nullo uoto cadere certū est: & uideť esse quædam irrīsiō dei: dum ea uouēt q̄ nullo mō in sua sunt potestate. Ad religīosos uenio: quorū tria uota quo magis cōsydero eo minus intelligo: mīrorq; unde inoleuerit ista uotoꝝ exactio: iam hoc multo minus intelligo: quo ætatis anno uouerī possint: ut legitīma sint & ualeāt. In hoc placet cōuenisse oēs ante annos pubertatis: nihil ualere uota eorū: licet magnā partē puerorū hīc fallant: ignarā tam suæ ætatis quā rei quā uouent. Nō enim obseruant in suscipiēdis: pubertatis. Tum professos dīra cōscientia: quasi cōsensu postea secuto captiuos tenent & deuotant: quasi uotum quod irrītum fuit / tandem ratum fiat succedentibus annis.

¶ At mīhī stultū uideť: ab aliis p̄stitui terminū legitīmi uoti alterius: qui sibi ipsis nō possunt p̄stituire. Nec uideo cur ualeat uotū decimo octauo anno factū: & nō decimo aut duodecīo. Nec fatīssacit / qđ decīo octauo sentit hō carnē suā. Quid si uix uicesimo aut tricesimo sentiat: aut fortis tricesimo quā uicesimo sentiat? Aut cur nō diffīnit æque terminus paupertatis & obediētīæ? Sed qđ tēpus dabis quo se auarū & superbū sentiat: cū etiā spūalīssimī hos affectus uix dephendāt? Ergo nunq̄ erit ullū uotum certū & legitīmū: nisi donec spūales facti fuerimus: & uotis iam nō eguerimus. Vides itaq; res istas incertas & piculosissimas esse: unde salutare consiliū foret: has sublimes uiuēdi ratiōes uotis liberarē: soli spūitui relinq̄re: sicut olim fuerūt: & nequāq; in gen<sup>o</sup> quoddā ppetuæ uitæ mutādas eē. Verū / hęc iterim de Baptismo & libertate ei<sup>9</sup> satis. Suo forte ueniēt tpe uota latī<sup>9</sup> tractāda: ut sūt reuera tractatu uehemēter necessaria.

## DE SACRAMENTO P O E N I T E N T I A E.

**T**ertio loco de Pœnitentiæ sacramēto dicendū: in qua re editis iam tractatulis & disputatiōibus / satis multos offendī: & qđ in ea sententiam abunde exposui. Nūc breuiter repetēda / pro tyrānide reuelāda quæ nō parcius hīc grassat quā in sacramēto panis. In hīs em̄ duob<sup>9</sup> sacramētis quia lucrum & quæstus locū habēt: incredibili negotio insaniuit auaritia pastorū in oues Christi: quanq̄ ut iam de uotis uidimus: & baptismus, ut auaritiæ seruireť: misere occubuit in adultis.

**C** Primum/huius sacramenti & capitale malum est: quod sacramentum ipsum in totum aboleretur: ne uestigio quidem eius relicto. Nam cum & ipsum sicut & alia duo: constet uerbo promissionis diuinae: & fide nostra/utrumque subuertunt. Nam uerbum promissionis ubi Christus dicit Matth. xvi. Quodcumque ligaueris, &c. & xviii. Quodcumque ligaueritis, &c. & Ioa. ult. Quorum remiseritis peccata: remittuntur eis. &c. quibus puocatur fides poenitentium pro remissione peccatorum impetranda: suae tyrannidi aptauerunt. Vniuersis enim suis libris/studiis/sermonibus non hoc egerunt/ut docerent: quid Christianis in his uerbis promissum esset: quid credere deberent: & quantum consolationis haberent: sed quam late/longe/profunde ipsi potentia & uolentia tyrannifarent: donec quidam & angelis in caelo coeperint madare: & factent incredibili & furentis impietate: se coelestis & terreni imperii iura in his accepisse: atque in caelis etiam ligandi potestatem habere. Ita profus nihil de fide saluari populi: sed de potestate tyrannica Pontificum omnia blatterat, cum Christus nihil de potestate: sed de fide omnia agat.

**C** Non enim imperia/non potestates/non donationes: sed ministeria in Ecclesia sua constituit: sicut ex Aplo didicimus/dicente. Sic nos existimet homo: ut ministros Christi/& dispensatores mysteriorum dei. Quare sicut ibi cum dicit Quicumque crediderit & baptisatus fuerit saluus erit: fide puocauit baptisandorum: ut hoc promissionis uerbo homo certus sit: si baptisaret credens salutem sese consecuturum: ubi nihil prorsus potestatis tributum: sed ministerium duntaxat baptisantium institutum sit: ita hic cum dicit. Quodcumque ligaueris, &c. fide puocat poenitentis: ut hoc promissionis uerbo certus sit: si solueretur credens: uere solutum se esse in caelo. Vbi plane nihil potestatis: sed ministerium tangit absolutis. Et satis mirum est: quid acciderit caeteris illis & arrogantibus hominibus: ut ex promissione baptismali: non etiam sibi tyrannidem arrogarent: aut si hinc non arrogant: cur in poenitentiali promissione id presumpserint. cum utrobique sit par ministerium: similis promissio: eadem sacramenti ratio: ut non possis negare: si baptismus non solum Petro debet: et clauis impia tyranni de solum Papae arrogari.

**C** Ita cum dicit: Accipite, hoc est corpus meum quod pro uobis tradetur. Hic est calix in sanguine meo &c. fide puocat manducantium: ut his uerbis per fide firmata conscientia, certi sint: sese remissionem peccatorum accipere si manducauerint. Nec hic aliquid praetis sonat: sed solum ministerium. Sed baptismi promissio utcumque uel infantibus permansit: panis & calicis promissio extincta: in auaritia seruitute migravit: & ex fide opus: ex testamento sacrificium natum est. Poenitentiae promissio abiit in tyrannidem uolentissimam: & imperium plus quam temporale statuendum.



¶ Non hoc contenta Babylonia nra: fidē quoq; adeo extinxit: ut impu-  
denti fronte eam negaret. necessariā esse in sacramento isto: immo Anti-  
christica impietate definirēt haresim eē: si fidē necessariā q̄s assereret.

¶ Quid amplius potuit tyrannus ista facere: & nō fecit! Vere super flu-  
mina Babylonis sedemus & flemus: dum recordamur tui Zion. In sal-  
cibus in medio eius suspendimus organa nostra. Maledicat dominus  
steriles istas salices fluminum istorum: Amen.

¶ Obliteratis itaq; ac subuersis promissiōe: & fide: uideamus quid sub-  
stituerint in locum earum.

T R E S P A R T E S D E D E R V N T  
P O E N I T E N T I A E:

Contritiōe: Confessiōe: Satisfactiōe: sed sic: ut in singulis si qd bo-  
ni inesset tollerēt: & in eisdē quoq; suā libidinē & tyrannidē cōstituerēt.

P R I N C I P I O: Contritiōe sic docuerunt: ut eam fide  
pmissiōis priorē facerēt: & longe uillorē: ut quæ non esset fidei opus  
sed meritum. Imo nō memorant eam. Sic em̄ operibus inhæserunt & ex-  
emplis scripturæ: in quibus legunt multi ueniam consecuti: ppter cor-  
dis contritiōe & humilitatē: sed nō aduertunt fidem: quæ contritiōe  
& dolorē cordis operata est. sicut de Niniuitis Ionæ secundo scribit̄. Et  
crediderūt uiri Niniuitæ in Dño: & prædicauerūt ieiunium, &c.

¶ His audaciores & pelores: finxerunt quandā Attritiōe: quæ uirtute  
clauū (quā ignorant) fieret contritiō. Eam donant impiis & incredulis  
ut sic uiuersa contritiō aboleretur.

¶ O iram dei insustentabilē: hæcne in Ecclesia Christi doceri. Sic secu-  
ri: & fide & opere eius abolito: in doctrinis & opiniōibus hominū ince-  
dimus: imo perimus. Magna res est cor contritū: nec nisi ardētis in pmis-  
siōe & cōminationem diuinā fidei: quæ ueritatē dei immobilē intuīta/  
tremefacit/ & exterret: & sic cōterit cōscientiam: rursus exaltat & solatur.  
seruatq; contritiā: ut ueritas cōminationis sit causa cōtritiōis: ueritas  
promissiōis/ sit solatii: si credat: & hac fide homo mereat peccatorū re-  
missiōem. Proinde fides ante oīa docēda & prouocāda est. Fide autē  
obtentā: cōtritiō & cōsolatio ineuītabile sequela sua sponte uenient.

¶ Quare/ & si nō nihil docēt: q̄ ex peccatorū suorū (ut uocant) collectu &  
cōspectu contritiōe parandā docēt: periculose tñ & puerse docēt: dum  
nō ante principia & causas docēt cōtritiōis. nēpe/ diuinæ cōminationis  
& pmissiōis ueritatē immobilē/ ad fidē prouocandā. ut intelligāt/ mul-  
to maiori negotio sibi ueritatē diuinā esse spectandā: unde humiliēt &  
exaltent/ quā peccatorū suorū turbā: quæ si citra ueritatē dei spectent: po-

plus refricabūt & augebūt peccati desyderiū: quā contritiōnē parēt. Taceo hic insuperabile cahos laboris qđ nobis imposuerūt: scilicet / ut oīm peccatorū formemus contritiōnē. cū hoc sit impossibile: & minore partē peccatorū scire possumus: deniq; & bona opera inueniant esse peccata: iuxta illud psal. cxlii. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo. quia nō iustificabit in cōspectu tuo oīs uiuens. Satis em̄ est / si ea doleamus peccata quae praesente cōscientia mordēt: & facili prospectu memoriā cognoscūtur. Nā qui sic affectus est: absq; dubio paratus est de omībus dolere & timere: dolebitq; ac timebit: ubi in futurū reuelata fuerint.

¶ Caue ergo in contritiōnē tuā cōfidas: aut dolori tuo tribuas remissionem peccatorū. Nō respicit te ppter hoc deus: sed ppter fidē: qua minis & promissis eius credidisti: quae operata est dolorē eiusmodi: ac per hoc nō diligētiae peccatorū collectrici. sed ueritati dei & fidei nostrae debetur quicquid boni in poenitētia fuerit. Caetera oīa sunt opera & fructus / quae sua spē sequunt: & bonū hominē nō faciūt: sed a bono iam per fidem ueritatis dei facto fiūt. Sic fumus ascēdit in ira eius: quia iratus mōtes cōturbat & succēdit. ut psal. xvii. dicit. Prior est terror cōminationis, qui succēdit impios: hanc fides acceptās fumat cōtritiōnis nebulā. &c.

¶ Cōtritiō tñ minus tyrānidī & quæstui: sed in totū impietati & doctrinis pestilētibus patuit. Cōfessio uero & satisfactio egregiae officinae factae sunt lucri & potētiae. De cōfessione prius. Nō est dubiū / cōfessionem peccatorū esse necessariā: & diuinitus mandatā. Matth. iiii. Baptisabant a Iohāne in Iordane: cōfidentes pctā sua. I. Iohan. i. Si cōfessi fuerimus pctā nra: fidelis est & iustus q̄ remittat nobis pctā nra. Si dixerim⁹ quā nō peccauimus: mendacē eū facimus: & uerbū eius in nobis nō est. Si enī sanctis nō licet negare peccatū suū: quāto minus publicis aut magnis peccatis obnoxios oportet cōfiteri. Sed oīm efficacissime Matth. xviii. instituta cōfessio probat: ubi Christus docet fratrem peccantē corripiendū / p̄dendum / accusandū / & si nō audierit / excōmunicandū. Tūc em̄ audiet quando agnosceret & confitebit peccatū suū / correptioni credens.

¶ Occulta aut cōfessio quae modo celebraat: & si probari ex scriptura nō possit: miro modo tñ placet: & utilis: imo necessaria est: nec uelle eam nō esse: imo gaudeo eam esse in Ecclesia Christi. cū sit ipsa afflictis cōscientiis unicū remediū. Siquidē: delecta fratri nostro cōsciētia: & malo qđ latebat familiariter reuelato / uerbū solatii recipimus ex ore fratris a deo placitū: qđ fide suscipiētes: paratos nos facimus in misericordia dei per fratrem nobis loquētis. Hoc solū detestor: Esse eā cōfessionē in tyrānidē & exactionē pontificū redactam. Nam & occulta sibi reseruant. Deinde

nominatim a se cōfessoribus reuelari mādant: ad uexandas scilicet homi-  
nū cōsciētias solū pontificātes/officiis ueris pontificū prorsus (quæ sūt  
euangelizare: & pauperes curare) contemptris. Quin ea potissimū reser-  
uant sibi impī tyranni: quæ minoris sunt momēti: magna uero passim  
relinquūt uulgo sacerdotū. Qualia sunt ridicula illa & cōficta in Bulla  
ecenæ domini. Immo/quo sit manifestior pueritatis impietas: ea quæ cō-  
tra cultū dei: fidē: & prima præcepta sunt nō modo nō reseruant: sed &  
docent & probant. qualia sunt discursus illi peregrinationū: cultus per-  
uersi sanctorū: mēdaces legēdæ sanctorū: uaria fiducia & exercitia ope-  
rū & cerimoniarū/ q̄b̄s omnibus fides dei extinguitur/ & idolatria fo-  
uet. sicut est dies hæc/ ut pontifices hodie alios nō habeamus. quā quales  
olī Hieroboā in Dan & Bersabee cōstituit/ uitulorū aureorū ministros:  
ut qui legē dei: fidē/ & quicquid ad pascendas oues Christi pertinet igno-  
rantes/ sua tantū inuenta populis in timore & potestate inculcant.

¶ Ego & si uolentiā istā reseruatorū ferendā esse suadeo: sicut & uniuersas  
omniū tyrānides ferre iubet Christus/ & iis exactoribus parēdū esse  
docet: tamē ius reseruādī eos habere nego: neq̄ credo: qd̄ nec uno apice  
aut iota possunt probare: ego autē cōrariū probo. Prīmū. Si Christus  
Matt. xviii. de publicis peccatis dicit: nos esse lucratos animā fratris si  
correptus nos audierit/ nec p̄dēdū Ecclesiæ: nisi audire noluerit: & ita in-  
ter fratres peccatū emēdari potest. quāto magis de occultis uerū erit ip-  
sū tolli: si fratri spōte cōfessus fuerit. ut nō sit necesse. Ecclesiæ/ id est/ præ-  
lato: aut sacerdoti (ut ipsi garrūt/ interpretātes) id ipsū prodere: in quā  
sententiā & aliā habem⁹ Christi autoritatē dicētis ibidē. Quodcūq̄ liga-  
ueritis sup̄ terrā/ ligatū erit & in cœlis: & quodcūq̄ solueritis super terrā  
solutū erit & in cœlis. Hoc em̄ omibus & singulis Christiāis dictū est ubi  
& iterū idē dicit. Rursū dico uobis: Si duo ex uobis cōsenserint sup̄ terrā:  
de omni re quācūq̄ petierint fiet illis a patre meo q̄ est in cœlis. At frater  
fratri occulta sua pandēs/ & ueniā petens: certe cū fratre super terrā cōsen-  
tit in ueritate/ quæ Christus est. De quo adhuc clari⁹ ibidē prædicta cō-  
firmans dicit. Amen amen dico uobis: ubi fuerint duo: aut tres in no-  
mine meo congregati: in medio eorum sum ego.

¶ Proinde ego nō dubito: eū esse a peccatis suis occultis absolutū quisq̄  
siue spōte cōfessus: siue correptus/ ueniā petierit: & emēdauerit corā quo-  
uis priuati fratre. quicquid cōtra hæc insanierit Pōtificū uolētia. quādo  
Christ⁹ & māifesta dedit absolueri cuilibet suo fideli. Adde & ratiūculā.  
Si occultorū ualeret reseruatō ulla: ut nisi eis remissis nō esset salus: maxi-  
me illa impedirēt salutē quæ supra memorauī: ipsa etiam bona opera &

Idolatriæ: quas a pōtificibus docemur hodie. Quod si hæc nō impedīūt  
 grauissima: quanto minus & illa stultissime reseruātur leuiora! Verū:  
 ignorātia & cæcitas pastōꝝ operātur hæc portēta ī Ecclesia. Quare ego  
 principes istos Babylonis: & episcopos Bethauen monerē: sibi tempe-  
 rent a reseruandis casibus quibuscūq;. Deinde: de occultis audiendæ cō-  
 fessiōis facultatē permittant liberrimā omnibus fratribus & sororibus:  
 ut peccator cui uoluerit suū peccatū reuelet: ueniā & solatiū. id est. uerbū  
 Christi ex ore pximi petiturus. Nihil em̄ agūt hīs suis temeritatibꝫ: quā  
 ut cōscientias infirmoꝝ sine causa illaqueent: suā tyrannidē impiā stabī-  
 liant: & e peccatis ac perditione fratrum/auaritiā suā pascant. Sic em̄ san-  
 guine animarū contamināt manus suas: & filii deuorant a parētibus. &  
 Ephraim deuorat Iudā: & Syria Israelem toto ore. ut Esaias dicit.

¶ His malis adiecerūt circūstantias: item matres/fillas/sorores/affines/  
 ramos/fructus peccatorū/excogitata scilicet per acutissimos & ociosissi-  
 mos homines etiā in peccatis arbore quadā cōsanguinitatis & affinita-  
 tis. tam fecunda est impietas & inscitia. Absit enim ista cogitatio: cui-  
 uscūq; nebulonis fuerit: in publicā legē: sicut & multa alia. Sic em̄ super  
 Ecclesiā Christi uigilant pastores: ut quicquid uel somnauerint supersti-  
 tionis/aut operis noui deuotarū illi stultissimi/mox proditū ornent etiā  
 indulgentiis: & muntant bullis. tantū abest / ut inhibeant & populo del-  
 syncerā fidē/ & libertatē custodiant. Quid em̄ libertati & tyrānidī Baby-  
 loniæ! At ego: quicquid est circūstantiarū cōsuluerim penitꝫ cōtēnere.  
 Apud christianos una est circūstantia/ quæ est/ peccasse fratrem. Nulla em̄  
 persona fraternitati christianæ cōparanda est/ nec aliquid aliud facit ob-  
 seruatio locorū/ temporū/ dierū/ personarū: & si qua est alia inflatura su-  
 perstitiosa: quā ut magnificet ea quæ nihil sunt/ in iniuriā eorū quæ om-  
 nia sunt/ quasi quid grauius aut maius esse possit fraternitatis christiæ  
 gloria. Ita affigunt nos locis/ diebus / & personis/ ut uilescat fraterni no-  
 minis opinio: & pro libertate captiuitatē seruiamus/ nos quibus omnes  
 dies/ loci/ personæ/ & quicquid externū est: æqualia sunt.

SATISFACTIONE M quā indigne tractarint ab-  
 unde dixi in causis Indulgentiæ: qua egregie sunt abusi: ad perdendos  
 Christianos ī corpore & anima. Primū eā sic docuerūt: ut populus uerā  
 satisfactionē nō intelligeret unq̄: quæ est Innouatio uitæ. Deinde sic in-  
 stant: & necessariā faciūt/ ut fidei in Christū nō relinquunt locū/ miserrī-  
 me excarnificatis eo scrupulo cōscientiis/ alio currēte ad Romā: alio huc  
 alio illuc: illo in Carthusiā/ illo in aliū locū: alio uirgis se flagellante/ alio  
 corpus suū uigiliis & ieiuniis occidente/ omnibus uno furore dicentibus:

Ecce

DE CONFIRMATIONE 47

Ecce hic & hic est Christus: & regnū dei, quod intra nos est: cū obserua-  
tione uenturū putantibus. Quæ monstra tibi debemus Romana sedes:  
& tuis homicidis legibus & ritibus: quibus mundū totū eo pdidisti: ut ar-  
bitrent̄ sese posse deo per opa pro peccatis satisfacere: cui sola fide cor-  
dis contriti satisfit: quā tu his tumultibus nō solū taceri facis: sed oppri-  
mis etiam: tantum ut habeat sanguisuga tua insatiabilis quibus cūcatis  
affer: affer: & peccata uendas.

¶ Procefferāt ex his quidā ad eas desperationis machinas aīabus parā-  
das, ut statuerent: omnia peccata denuo esse repetenda confitentī: pro quibus  
iniuncta satisfactio esset neglecta. Et quid nō auderēt qui in hoc na-  
ti fuerūt: ut nihil nō decies captiuarent? Porro quanta quæsiō pars ea est  
imbuta opinione: se esse in statu salutis: & pro peccatis satisfacere: si pre-  
culas a sacerdote impositas uocetenus murmurauerit: etiā si interim ne  
cogitet quidē uitæ rōnem emendare. Vno em̄ momento contritionis  
& confessionis mutatā esse uitā credūt: superesse uero tantū, ut satisfaciant  
pro p̄teritis peccatis. Quō aliter saperent qui aliud nō docentur? Nihil  
hic de mortificatiōe carnis cogitat: nihil ualet exemplū Christi: qui adul-  
teram absoluens dixit, Vade & amplius nolī peccare: crucem, s. carnis  
mortificandæ ei imponēs: Huic peruersitati dedit occasionē non modicā:  
quod peccantes absoluimus apte satisfactionē impletā: qua fit ut ma-  
gis solliciti sint de implenda satisfactione quæ durat: quā de contritione  
quā transisse inter confitendū credunt: cū econtra: absolutiōne oportet  
at esse sicut erat in primitiua Ecclesia posteriorē: satisfactione impleta,  
quo fiebat: ut opere cessante postea magis in fide & nouitate uitæ exerce-  
rentur. Veḡ de iis satis reperitū esto: quæ sup̄ indulgentiis latius dixi, at  
quod hæc in totū de tribus istis sacramētis interim retulisse satisfit: quæ tā  
multis & noxiis libris sententiariis & iuridicis tractant̄ & nō tractant̄: su-  
perest de reliquis quoque sacris aliqd̄ tētare, ne sine cā uidear eas reieciisse.

DE CONFIRMATIONE

**M**irum est: quid in mentē illis uenerit: ut sacrm̄ Confirmationis fa-  
cerent ex impositione manū, qua legimus Christū paruulos te-  
tigisse: Apostolos dedisse spiritū sc̄m: ordinasse presbyteros: &  
Infirmos curasse, ut ad Timot. scribit Apl̄us: Nemini manus cito impo-  
sueris: Cur nō ex sacramēto panis etiā Confirmationē fecerunt: quā scri-  
ptum est Act. ix. Et cum accepisset cibū confortatus est. Et psal. ciii. Et  
panis cor hoīs confirmet, ut sic Confirmatio tria cōplectat̄ sacramēta:

G

panē/ordinē/& ipsam cōfirmationē! Si autē sacramētū est quicquid Apo-  
stoli fecerūt: cur nō magis prædicationem fecerunt sacramentum?  
¶ Nō hæc dico: quod damnē sacramēta: sed quod e scripturis ea probari  
negē. Atque utinā esset in Ecclesia talis manuū impositio qualis erat Apo-  
stolorū tempore/siue eā cōfirmationē/siue curationē appellare uellemus  
At nūc nihil eius relictū est/nisi quātū ipsi excogitauim⁹ p ornādis offi-  
ciis Episcoporum/ne penitus sint sine ope in Ecclesia. Postq̄ em sacramēta  
illa negotiosa una cū uerbo aliis inferioribus ut uiliora reliquerūt (nēpe:  
quod quicquid diuina instituit maiestas hominib⁹ oporteat esse cōtempnū)  
iustū fuit / ut facile aliquod quod tā delicatis & magnis heroibus nō esset  
molestū inuērem⁹/& nequaquā ceu uile inferioribus cōmitterem⁹. Nā quod  
hūana statuit sapiētia: oportet ut hominib⁹ sit honoratū. Ita quales sunt  
sacerdotes/tale habeāt ministeriū & officiū. Nā Episcopus nō euāgelī-  
sans/nec animas curās: quod est nisi Idolū in mūdo habēs nomē & figurā  
Episcopi! Nos autē p hac uice sacramēta diuinit⁹ instituta quarim⁹: inter  
quæ ut Cōfirmationē nūeremus nullā inuēimus causā. Ad sacramētū em  
cōstitutionē ante oīa requiritur uerbū diuinæ pmissiōis: quo fides exer-  
ceatur. At nihil legimus Christū uspiā de cōfirmatiōe pmississe: licet ipse  
multis imposuerit man⁹/&c. & Mat. ult. iter signa ponat/ Manus agris  
imponēt: & bene habebūt. At hæc nemo sacramēto/sicut nec potest/apta-  
uit. Quare satis est: p ritu quodā Ecclesiastico/seu cerimōia sacramētali  
Cōfirmationē habere/similē cæteris cerimōiis cōsecrādæ aquæ aliarūq̄  
rerū. Nā si omnis alia creatura sanctificatur per uerbū & orationē/cur  
nō multo magis hominē liceat sanctificari eisdem/quæ tamen quia pro-  
missionem diuinā nō habent: sacramenta fidei dici nō pnt! Neq̄ enim  
faltē operant. At sacra seruant credentes promissioni diuinæ.

## DE MATRIMONIO.

**M**atrimoniū nō solū sine ulla scriptura p sacramēto censet: uerum  
eisdē traditionibus quibus sacramētū esse iactatur merū ludibriū  
factū est. de quo aliquid uideamus. Dixim⁹: in omni sacramēto  
haberi uerbū pmissiōis diuinæ: cui credi oporteat: ab eo qui signū susci-  
pit: nec solū signū posse sacramētū esse. Nusquā autē legitur: aliquid græ  
dei accepturū quisq̄ uxore duxerit. Quin nec signū est diuinit⁹ institu-  
tū i Matrimōio. Nec em uspiā legit a deo institutū ut aliqd significaret. li-  
cet oīa quæ uisibilit gerūt possit itelligi figuræ & allegoriæ reꝝ uisibilitū.  
At figura aut allegoria nō sūt sacramēta: ut nos de sacramētis loquimur.

¶ Deinde: cū Mariōiū fuerit ab initio mūdi: & apud fideles adhuc p-  
māeat: nullæ subsūt ratiōes / ut sacramētū noua legis & solius Ecclesiæ  
possit dici. Nō min⁹ e. n. erāt matrimōia patrū sancta q̄ nostra: nec min⁹  
uera infideliū q̄ fideiū: nec tamē in eis ponūt sacramētū. Ad hæc / sunt  
apud fideles quoq; impii cōiuges / q̄busuis gentib⁹ peiores: cur hic sacra-  
mētū dici debet: & nō apud gētilēs? An de baptismo & Ecclesia sic nuga-  
bimur: ut: sicut qdā delyzāt / Imperiū tēporale nō esse nisi ī Ecclesia: ita Ma-  
trimoniū nō esse sacramētū / nisi in Ecclesia dicamus? Puerilia sūt hæc &  
ridicula / p̄ quæ nostrā iustitiā & temeritatē infidelibus risui exponimus.

¶ At dicent: Apostolus dicit Ephe. v. Erūt duo in carne una. Sacramē-  
tū hoc magnū est. Tūc ergo tā euidenti Apostoli uerbo cōtradices? Re-  
spōdeo / & hoc argumentū esse magnæ oscitantia: & indiligētis incōsul-  
taq; lectionis. Nō em̄ habet uniuersa scriptura sancta hoc nomē / sacra-  
mentū: in ea significatiōe qua noster usus: sed in cōtraria. Vbiq; em̄ sig-  
nificat nō signū rei sacræ / sed rem sacrā secretā & absconditā. Sic. Pau-  
lus. ii. Corint. iiii. Sic nos existimet homo ut ministros Christi: & dispen-  
satores mysteriorū dei id est / sacramētorū. Vbi em̄ nos habem⁹ sacramē-  
tū: in græco mysteriū ponit: qđ aliquādo transfert interpres: aliquādo  
dimittit græcā uocē. Vnde & hic in græco dicit. Erūt duo in carne una:  
mysteriū hoc magnū est. Quæ res fuit occasio / ut sacramētū noua legis  
intelligerēt lōge aliud facturī: si mysteriū legisent: ut in græco est.

¶ Sic. i. Timo. iiii. Christū ipsū uocat sacramētū / dicēs: Et māifeste mag-  
nū sacramētū est (id est: mysteriū est) qđ manifestatū est in carne: iulū  
ficatū est ī spīritu: apparuit angelis: prædicatū est gētib⁹ / creditū est mū-  
do: assūptū est in gloria. Cur nō & hinc octauū noua legis hauserūt sa-  
cramētū cū tā clarā haberēt autoritatē Pauli Aut si hic se cōtinuerūt ubi  
oportūissime potuerūt copiosi esse ī sacramētis iuentēdis: cur illic ita lux-  
uriāt? Scilicet ignorātia tā rerū q̄ uerborū eos sefellit: q̄ in solo uerborū so-  
no / imō opiniōibus hæserūt. Cū em̄ semel sacramētū p̄ signo accepis-  
sent hūano arbitrio: mox sine omni iudicio & scrupulo signū ex eo fece-  
rūt ubiq; in sacris literis legerūt. Quales uerborū significatiōes & hu-  
manas cōsuetudines: & alias in literas sacras inuexerūt: easq; in sua som-  
nia transformauerūt / quodlibet ex quolibet faciētes. Sic p̄petuo desipiūt  
in uerbis illis: opus bonū op⁹ malū / peccatū / gratia / iustitia. uirtus: & fere  
quicqd̄ ē capitaliū rex & uerborū. omib. em̄ his utunt̄ suo arbitrio: ex ho-  
minū scriptis assumpto / in perniciē & ueritatis dei & salutis nostræ.

¶ Igitur sacramētū / & mysterium apud Paulū est ipsa sapientia spīritus  
abscondita in mysterio / ut .i. Corint. ii. dicit / quæ est Christus: qui ob

Idipsum etiā nō cognoscit principibus huius mundi. unde & eum crucifixerunt: & adhuc manet eis stultitia: scandalū: lapis offensionis: & signū cui contradicit. Horū misteriorū dispensatores uocat p̄dicatores: quā p̄dicant Christū uirtutē & sapientiā dei: sed ita: ut nisi credas nō comprehendas. Ideo sac̄m: mysteriū secretaq; res est: quæ uerbis indicatur: sed fide cordis capite. Tale est quod p̄sente loco dicit: Erunt duo in carne una: Sacramentū hoc magnū est. quod illi de matrimonio dictū putant: cū ipse Paulus ea uerba de Christo & Ecclesia induxerit: & seipm̄ clare exposuerit dicens: Ego aut̄ dico in Christo & Ecclesia. Ecce q̄ concordant Paulus: & illi. Paulus sac̄m magnū in Christo & Ecclesia se p̄dicare dicit: illi uero in masculo & foemina p̄dicant. Si sic licet in sacris literis libidinarij quid mirū: si quodlibet in ea: uel centū sacra licet inuenire?

¶ Christus itaq; & Ecclia mysteriū: id est: res secreta est & magna: q̄ figurari quidē per matrimoniū ceu reali quadā allegoria potuit & debuit: sed matrimoniū nō hinc sacramentū dici debuit. Coeli sunt figura Apostolorum: ut psal. xviii. dicit: & sol Christi: aqua populorū: sed non ideo sacramēta sunt. Vbiq; em̄ deest & institutio: & p̄missio diuina: quæ integrant sacramentū. Vnde Paulus Ephe. v. uerba illa de matrimonio Gen. ii. dicta: uel p̄prio spū ad Christū trahit: uel generali sn̄ia. etiā spirituale matrimoniū Ch̄i in eo traditum docet: dicens. Sicut Ch̄us foiet Ecclesiā: quia membra sumus corporis eius: de carne eius & de ossibus eius: p̄pter hoc relinquet homo patrē & matrē suam: & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne una. Sacramentū hoc magnū est: ego dico in Christo & Ecclesia. Vides ut hūc totū textū de Christo uelit a se dictum: & de industriā lectorē monet: ut sac̄m de Christo & Ecclesia intelligat. nō in matrimonio.

¶ Fateor quidē: & in ueteri lege fuisse sac̄m poenitentia: imo ab in̄itiō mundi. Verū p̄missio uoua poenitentia: & donatio clauis noua legis p̄pria est. Sicut em̄ pro circūcisione baptismum: ita p̄ sacrificiis aut aliis signis poenitentia nūc clauis habemus. Diximus em̄ superius. Eundem deum pro diuersis t̄pibus diuersas p̄missiones: diuersaq; signa dedisse pro remittendis peccatis: & saluandis hoībus: eandē t̄n gratiā oēs accepisse. Sicut. ii. Corint. iiii. dicit: Habētes eundē spiritū fidei: & nos credimus: p̄pter hoc & loquimur. Et. i. Corint. x. Patres nostri oēs manducauerunt eandē escā spirituale: & eundem potū spirituale biberunt. Biberunt aut̄ de spirituāli consequente eos petra. Petra aut̄ erat Ch̄us. Ita Heb. xi. Omnes hi defuncti sunt nō acceptis p̄missionib. deo melius aliqd pro nobis p̄uidente: ne sine nobis cōsumarentur. Christus enim



heri & hodie & in saecula: ipse caput Ecclesiae suae ab initio ad finem usque mundi. Diuersa igitur signa: sed eadem omnium fides. Siquidem sine fide impossibile est placere deo: qua & Abel placuit. Heb. xi.

¶ Sit ergo Matrimonium figura Christi & Ecclesiae: sacramentum autem non diuinitus institutum: sed ab hominibus in Ecclesia inuentum, ignorantia tamen rebus quam uerbi abductis. Quae cum fidei nihil obsit ferenda in charitate est: sicut & multa alia humana studia infirmitatis & ignorantiae in Ecclesia tolerantur: donec fidei & diuinis literis non obsunt. Verum pro firmitate & sinceritate fidei & scripturae nunc agimus. Ne: siquid in sacris literis & fidei nostrae articulis contineri affirmauerimus: & postea conuicti non contineri: ludibrium nostram fidem exponamus: & ignorantes reus propriarum inuentum/scandalo simus aduersariis & infirmis: immo ne scripturae sanctae auctoritatem eleuemus. Longissime enim discernenda sunt ea quae diuinitus in sacris literis tradita sunt ab iis quae per homines in Ecclesia: quantalibet sanctitate doctrinaeque praevalleant: sunt inuenta.

¶ Hactenus de ipso matrimonio. Quid autem dicemus de impiis legibus hominum: quibus hoc uitae genus diuinitus institutum: est irretitum: sursum ac deorsum iactatum? Deus bone: horror est intendere in temeritatem Romanensium tyrannorum: adeo pro libidine sua dirimentium: rursus cogentium Matrimonia. Obsecro: an datum est eorum libidini hominum genus, non nisi ad illudendum & quoquo modo abutendum: & pro pecuniis funestis quodlibet ex eo faciendum?

¶ Vagatur passim non paruae opinionis liber ex colluue omnium humanarum traditionum: ceu sentina quaedam collectus & confusus: qui Summa Angelica inscribitur: cum uerius sit summa plus quam diabolica: in quo inter infinita portenta, quibus confessores instrui putantur: dum perniciosissime confunduntur: decem & octo matrimonii impedimenta numerantur: quae si aequo & libero fidei oculo inspexeris: uidebis esse de numero eorum de quibus Apostolus praedixit: Erunt attendentes spiritibus daemoniorum: in hypocrisi loquentium mendacium: prohibentium nubere. Quid est prohibere nuptias: si hoc non est prohibere, tot impedimenta fingere & laqueos ponere ne coeant: aut si coierint: dissoluere matrimonia? Quis dedit hominibus hanc potestatem? Esto: fuerint sancti & pio zelo ducti: quid meam libertatem uexat aliena sanctitas? Quid me captiuat alienus zelus? Sit sanctus & zelotes: quisque uolet: & quantum libet: modo alteri non noceat: & libertatem mihi non rapiat.

¶ Verum gaudeo istis dedecorosis legibus suam tandem contigisse gloriam. Nempe eorum beneficio hodie Romanenses facti sunt nundinatores. Quid

DE MATRIMONIO

enim uendunt: Vuluas & ueretra. Merx scilicet dignissima mercatoribus  
istis/præ avaritia & impietate plus quàm sordissimis / & obscenissimis. Ni-  
hil enim est impedimentorum hodie: quod intercedente mamma non fiat legi-  
timum: ut leges istæ hominum non alia causa uideatur nata/nisi ut aliquando  
essent avaris hominibus rapacibusque Nimbrotis:rhetia pecuniarum/& la-  
quei animarum:staretque in Ecclesia dei loco sancto abominatio ista/quæ ue-  
deret: hominibus publice utriusque sexus pudendo/seu (ut scriptura uocat)  
ignominias & turpitudines/quas tamē antea per uim legum suarum rapuis-  
sent. O digna Pontificibus nostris negotiatio/quæ pro Euangelii mini-  
sterio quod præ avaritia & ambitione contemnit/summo cum dedecore &  
turpitudine in sensum reprobum dati exercerent.

¶ Sed quid dicam/aut faciam? Si singula persequar/immodicus erit sermo Cō-  
fusissima enim sunt omnia/ut nescias unde exordiaris: quo procedas/& ubi  
consistas. Hoc scio/nullam rem publicam legibus feliciter administrari. Si enim  
prudens fuerit Magistratus/ductu naturæ omnia feliciter administrabit quàm le-  
gibus. Prudens non fuerit: legibus nihil promouebit nisi malum cum nesciat eis  
uti/nec eas pro tempore moderare. Ideo in rebus publicis magis curandum est/ut  
boni & prudentes uiri presint quàm ut leges ferantur. Ipsi enim erunt optime leges  
omnem uarietatem casuum uiuacitate æquitate iudicaturi. Quod si adsit eruditio  
diuinæ legis/cum prudentia naturali/plane superfluum & noxium est scriptas le-  
ges habere. Super omnia autem/Charitas nullis prorsus legibus indiget.

¶ Dico tamē/& quod in me est facio: monens & rogans omnes sacerdotes  
& fratres/si uiderint aliquod impedimentum in quo Papa potest dispensare  
& quod non est in scriptura expressum: ut prorsus ea omnia matrimonia confir-  
ment: quæ contra ecclesiasticas uel pontificias leges quoquo modo fue-  
rint contracta. Arment autem se lege diuina dicente. Quod deus coniunxit ho-  
mo non separet. Coniunctio enim uiri & mulieris est iuris diuini/quæ tenet:  
quocumque modo contra leges hominum contigerit: debentque leges hominum ei  
cedere sine ullo scrupulo. Si enim homo relinquit patrem & matrem/& adha-  
ret uxori suæ: quāto magis concubabit friuolas & iniquas leges hominum:  
ut adhæreat uxori suæ? Et Papa/uel Episcopus/uel Officialis si dissolve-  
rit aliquod matrimonium contra legem humanam contractum: Antichri-  
stus est:& uiolator naturæ /& reus læsæ maiestatis diuinæ. Quia stat sen-  
tentia. Quod deus coniunxit homo non separet.

¶ Adde his: quod homo non habuit ius leges tales condendi:& christiānis per  
Christum libertas donata est super omnes leges hominum: maxime ubi lex di-  
uina intercedit. Sicut dicit Marci. ii. Dominus est filius hominis: etiā sab-  
bati. Et non homo propter sabbatum: sed sabbatum propter hominem factum est.

D E M A T R I M O N I O 53

Deinde: qđ tales leges pdānatae sunt p Paulū: ubi phibētes nubere futuros esse pdixit. Quare hic credere debet rigor ille impedimētōrū ex affinitate: spiritali aut legali cognatiōe & cōsanguinitate: quātū pmittit litera sacrae: in qbus tātū secūdu grad⁹ cōsanguinitatis phibitus est. ut scribitur. I. euitici. xviii. ubi duodecim psonae phibētur: quae sūt: Mater: Neuerca: Soror naturalis: Soror legitia ex utroq; parēte: Neptis: Amīta: Matertera: Nur⁹: Vxor: fratris: Soror uxoris: Priuigna: Vxor patris In qbus nō nisi prim⁹ grad⁹ affinitatis: & secūdu cōsanguinitatis phibet: nō tñ uniuersaliter: ut clarū est intuēti. nā fratris aut sororis filia uel neptis nō numerat phibita: cū tñ sit in gradu secūdo. Quare: siquādo matrimoniū extra hos grad⁹ cōtractū fuerit: cū nulli alii legant a deo usq; phibiti: nullo modo debet dissolui ppter leges hominū. cū matrimoniū ipsū diuinitus institutū sit incōparabiliter legibus superis: ita ut nō ipsū propter leges: sed leges propter ipm debeant merito dirumpi.

¶ Ita debent istae nugae cōpaternitatū: cōmaternitatū: cōfraternitatum: cōsororitarū: & cōsilietatū prorsus extingui cōtracto matrimonio. Quis em̄ istā cognationē spiritalē inuenit: nisi superstītio humana? Si nō licet baptisanti aut leuanti baptisatā aut leuatā ducere: cur licet Christiāo Christianā ducere? An est maior cognatiō ista ex ceremoniis seu signo sacramenti cōtracta: quā quae ex re ipsa sacramenti? An nō Christianus est frater Christianae sororis? An nō, baptisatus/baptisatae spiritalis frater? Quid insanimus? Quid si quis uxore suā erudiat Euāgelio & fide Christi: factus hoc ipso uere pater eius in Christo: an nō liceat uxore eius manere? An Paulo nō licuisset puellā ex Corinthiis ducere: quos omnes in Christo genuisse se iactat? Vide itaq; quā sit libertas Christiāna per caecitatem humanae superstitionis oppressa.

¶ Iam multo uanior eū cognatiō legalis: & tamē hāc etiā super ius diuinū mat. imoniū extulerūt. Nec huic impedimēto cōsenserim qđ uocāt religiōis disparilitatē: ut nec simpliciter: nec sub cōditione cōuertēdi ad fidē liceat ducere nō baptisatam. Quis hoc prohibuit? Deus/an homo? Quis hominibus potestatē fecit phibēdi sic nubere? Spiritus scilicet mēdaciū i hypocrisi loquētes: ut Paulus dicit. De qbus illud dicere oportet: Narrauerūt mihi iniq; fabulatiōes: sed nō ut lex tua. Duxit Patritius gētilis Monicā matrē s. Augustini christianā: cur nō hodie liceat idem? Idē rigor stultitiā: imō impietatis est/impedimētū criminis: scilicet: ubi q; duxerit prius pollutā adulterio: aut machinat⁹ fuerit in mortē alteris cōiugis: quo cū superstite cōtrahere possit. Obsecro/unde iste rigor hominū in homines: qualē nec deus unq; exegit? An ignorare se simulant:

Bathsaba uxorē Vria: utroq; crimine impleto: id est: p̄pollutā adulterio & occiso uiro: tñ ductam a Dauid sanctissimo uiro: Si lex diuina hæc fecit: qd faciunt hoies tyranni in suos conseruos:

¶ Cense:ur & impedimentū quod uocant ligaminis: hoc est: si qs alteri sit alligatus p̄ sponsalia. Hic concludūt: si posteriorē qs cognouerit: prioris cessare sponsalia. Quod plane nō capio. Ego arbitror: eum esse iam nō sui iuris, qui unī sese addixerit: ac p̄ hoc phibente iure diuino debere priori nō cognitæ: etiā si posteriorē cognouerit, dare eīm nō potuit qd nō habuit: sed fefellit eam: cōmisitq; uerū adulteriū. Quod at̄ aliud illis uisum est, fecit: & copulā carnis plus attenderūt q̄ diuinū mandatū: quo priori fidē pollicitus semp debet seruare. Qui eīm dare uult: de suo dare debet. Et deus phibeat: ne quis fratrem suum circūuentat in ullo negotio quod seruandū est ultra: & supra oēs oīm hominū traditiones. Ita credo: nō posse talem: salua conscientia: cū secunda cohabitare: & hoc impedimentū esse omnino conuertendū. Si eīm uotū religiōis facit alienū: cur nō etiā fides data & accepta: cum hæc sit p̄cepti & fructus spūs. Gal. v. illud aut̄ arbitriū humani. Et si licet uxori uirū repetere: uoto facto religiōis nō obstante: cur nō liceat sponsæ repetere sponsum suū: etiā secuta copula cum altera? Sed & superius diximus: nō licere uouere religionem ei q̄ fidē dedit puellæ: sed est debitor ducendæ, q̄ debitor est fidelis seruandæ: quā nulla traditiōe hoīm licet deserere, quia p̄cepta est a deo. Multo magis hic ita fiet: ut fidem priori seruet, cū posteriori nō nisi mēdaci corde dare potuerit: ac per hoc nō dederit: sed fefellerit proximam suam contra deū. Quare erroris impedimentum hic locum habet: qui facit: ut posterioris nuptiæ nihil sint.

¶ Impedimentū ordinis quoq; merū est hominis cōmentū: p̄sertim cum garriant eo dirimi etiā contractū: semp suas traditiones super dei mandata exaltantes: Ego quidē de sacerdotii ordine nō iudico: qualis hodie est: sed uideo Paulū iubere: Episcopū unius uxoris uirum esse: ideo non posse dirimi matrimoniū diaconi: sacerdotis: episcopi: seu cuiuscūq; ordinis. Quāq; hoc genus sacerdotū: & eos ordines nō nouerit Paulus quos hodie habemus. Pereant itaq; maledictæ istæ hoīm traditiones: quæ nō nisi ad multiplicanda pericula: peccata: mala in Ecclesia introierunt. Est ergo inter sacerdotē & uxore uerq; & inseparabile matrimoniū: mandatis diuinis probatū. Quid si impii hoies illud prohibeant: aut dirimant mera tyrannide sua: Esto: sit illicitum apud homines: licitum tamen est apud deum: cuius mandatum si contra hominum pugnet mandata: est præferendum.

Aeque

¶ Aequè cōmentum est: impedimentū illud publicæ honestatis: quo di-  
 rimunt cōtracta. Vt me audax ista impietas tā prōpta ad separandū qd̄  
 deus cōiunxit: ut Antichristū in ea cognoscas: qui aduersat om̄ibus q̄  
 Christus fecit & docuit. Quæ ergo est causa/ut spōsi p̄mortui nullus cō-  
 sanguineus usq̄ ad quartū gradū possit ducere spōsam? Nō est hoc pu-  
 blicæ honestatis iustitia/sed iusticia. Cur nō in pp̄lo Israel optimis ac diui-  
 nis legibus instituto: erat ista publica honestatis iustitia? Sed etiā p̄cepto  
 dei pximus cogebat uxore pximi relictā ducere. An oportet pplm liber-  
 tatis ch̄riane rigidiorib. legib⁹ onerare: q̄ pplm seruitutis legalis? Et ut  
 finē faciā istorū signētorū magis q̄ ipedimētorū. Dico/mihi adhuc nullū  
 apparere ipedimentū qd̄ cōtractū iure dirimat: nisi ipotentia cognoscē-  
 da cōiugis: ignorantia sã cōtracti/ & uotū castitatis. De uoto tñ ita sum  
 icert⁹ usq̄ hodie: ut ignorē quo tpe sit cēsēdū ualere. sicut & supra dixi  
 in baptisimī sacramēto. Disce ergo ī hoc uno m̄rimonio: quā ifeliciter &  
 pdite oīa sint cōfusa: impedita/irretita/ & periculis subiecta p̄ pestilētes  
 idoctas/impiaſq̄ traditiōes hominū: quacūq̄ in Ecclia gerunt: ut nulla  
 remediū spes sit: nisi reuocato libertatis Euāgelio: secundū ip̄m/ extinctis  
 semel oībus oīum hominū legibus: oīa iudicemus & regamus. Amen.

¶ De ipotentia itaq̄ sexus dicendū: quo possit facilius cōsuli an̄ibus pe-  
 riculo laborātibus. Hoc tñ p̄missio: qd̄ ea q̄ de impedimētis dixi: dicta  
 uolo post matrimoniū contractū: ne talib⁹ ullū dirimat. Caterū de cō-  
 trahēdo breuiter dixerim qd̄ supra dixi. Quod si urgeat amor iuuetutis  
 & quis alia necessitas: p̄pter quā dispēsat Papa: dispēset etiā qlibet frater  
 cū fratre: aut ipse cū seipso: rapta per hoc consiliū uxore de manu tyrāni  
 carū legū: utcūq̄ poterit. Vt qd̄ em̄ mea libertas tollit: aliena supstitiōe  
 & ignorātia! Aut si pro pecunia Papa dispēsat: cur nō ipse pro meā salu-  
 tis cōmoditate mecū: aut cū fratre dispēsem? Statuit leges Papa: sibi sta-  
 tuat/mea salua libertate uel occulte surrepta. Videam⁹ itaq̄ de ipotentia.

¶ Quæro casum eiusmodi. Si mulier ipotentī nupta uīro: nec possit: nec  
 uelit forte tot testimoniis & strepītibus quot iura exigūt/ iudicialit̄ ipotē-  
 tiā uīri pbare: uelit tñ prole habere: aut nō possit cōtinere. Et ego cōsu-  
 luisē: ut diuortū a uīro ipetret ad nubendū alteri: cōtenta / qd̄ ipsius &  
 mariti cōscētia & experiētia: abūde testes sunt ipotentia illi⁹. Vir at̄ no-  
 lit. Tū ego ultra cōsulā: ut cū cōsensu uīri (cū sã nō sit marit⁹: sed simplex  
 & solutus cohabitator) misceat alteri: uel fratri mariti: occulto tñ m̄rimo-  
 nio: & ples imputeat putatuo (ut dicūt) patri. An hæc mulier salua sit &  
 in statu salutis? Rñdeo ego/ q̄ sic. Quia error & ignorātia uīrilis ipotē-  
 tia hlc ipedit matrimoniū: & tyrānis legū nō admittit diuortū: & nulli

56 DE MATRIMONIO.

er libera est p legē diuinā: nec cogi potest ad cōtinētiā. Quare uir debet cōcedere eius iuri: & alteri pmittere uxore: quā specietenus habet.

¶ Vterius si uir nollet cōsentire: nec diuidi uellet. Anteq̄ pmittere eam uiri: aut adulterari cōsulerē: ut cōtracto cū alio matrimonio aufugeret in locū ignotū & remotū. Quid em̄ aliud possit cōsuli laborātī a sūdo libidinis periculo? Scio aut̄ quosdā mouere: q̄ ples huius occulti matrimonii iniquus haeres sit putatiui patris. Sed si cōfessu mariti fiat: iniquus nō erit. Si aut̄ ignorate: aut nolente fiat: iudicet hic Christiana & libera ratio: immo charitas: uter utri maius damnū inferat. Vxor hāreditatē alienat: at marit⁹ fefellit uxore: eāq̄ toto suo corpore totaq̄ uita fraudat: an nō magis: peccet uir corpus & uitā uxori pdens: quā mulier res tātū tēporales uiri alienās? Patiat̄ ergo uel diuortii: aut ferat alienos haeres: q̄ sua culpa innocētē puellā fefellit: & uita pariter ac corporis usu toto fraudauit: insup̄ occasionē pene intolerabilē adulteradi dedit. Ponat̄ utrūq̄ in æqua lance. Certe omni iure: fraus in fraudatē recidere debet: & damnū recōpensare tenetur q̄ dedit. Quid em̄ differt talis marit⁹ ab eo qui uxore alicuius captiuā tenet cū marito? Nōne talis tyrānus uxore & filios & maritū alere cogit: aut liberos dimittere? Cur ergo & hic nō ita fiat? Ita ego arbitror uirū debere cogi aut ad diuortii: aut ad alienū hāredē alendū. Sic charitas iudicabit: sine dubio. In quo casu uxoris hāredē nō alio affectu aler impotens iā & nō maritus: q̄ si uxore agrotatē: aut alio incōmodo affectā: totis & grauibus expensis foueret. sua enim: nō uxoris culpa eo incōmodo laborat uxor. Hac p̄ mea uirili: ad informādas cōscientias scrupulosas retulerim / cupiens afflictis meis fratribus in ista captiuitate qualicunq̄ solatio succurrere.

¶ De diuortio etiā uersat̄ quaestio: an licitū sit. Ego qdē ita de testor̄ diuortii: ut digamiā malimq̄ diuortii: sed an liceat ip̄e nō audeo definire Christus ip̄e p̄iceps pastorū. Matt. v. dicit. Si quis dimiserit uxore suā: excepta fornicatiōis causa: facit eā adulterari. Et q̄ dimissā duxerit: adulterat. Cōcedit ergo Ch̄sus diuortii ī causa fornicatiōis dūtaxat. Quare errare Papā necesse ē quoties diuortii facit aliis causis: nec satis se tutū arbitrari debet ull⁹ q̄ p̄ticia illa temeritate ueris q̄ ptate dispēsationē obtinuerit. Sed hoc admiror magis: cur cœlibem esse cogāt hominē / q̄ diuortio separatus est a cōiuge sua: nec aliā ducere p̄mittāt. Si em̄ Ch̄sus diuortii cōcedit ī causa fornicatiōis: & neminē cogit esse cœlibē: & Paulus magis uelit nos nubere quā uiri. uidet̄ omnino admittere: ut in locū repudiatae aliā ducat. quæ res uerā plāe discussa & certa eēt ut posset cōsuli ī finit̄is piculis eorū q̄ sine culpa sua hodie cœlibes esse cogunt̄.

## D E O R D I N E

Hoc est / quorū uxores uel mariti aufugiūt / cōiugē relinquit / decēnio uel nunq̄ reuersuri. Virget me & male habet hic casus quotidiāis exemplis siue id singulari nequitia satanæ / siue neglectu uerbi dei contingit.

¶ Ego sanē q̄ solus cōtra oēs statuere i hac re nihil possū / uehemēter optarē saltē illud. i. Corint. vii. huc aptari. Quod si infidelis discedit: discedat. Nō em̄ seruituti subiectus est frater aut soror in eiusmodi. Hic Apostolus discedentē infidelē cōcedit dimitti: & fideli liberū facit alterā accipere: cur nō idē ualeat / si fidelis / hoc est / nomine fidelis re ipsa æque infidelis: cōiugē deserat / p̄sertim nūquā reuersurus? Ego sane nihil discriminis utriusq̄ dephendere possū. Credo autē / si Apostoli tēpore discessor infidelis reuersus denuo: aut fidelis factus: aut fideli cōhabitare pollicitus fuisset admissus nō fuisset: sed & ipsi alterā ducēdi potestas facta fuisset. Tñ in his nihil definitio (ut dixi) quanq̄ nihil magis optē esse definitū. cū nihil magis me & multos mecū vexet hodie. Sola auctoritate Papæ / aut Episcoporū hic diffiniri nihil uolo: sed si duo eruditi & boni uiri in nomine Christi cōsentirēt: & in spiritu Christi p̄nunciarent: eorū ego iudiciū præferrem etiā Conciliis qualia nunc solent cogi: tantū numero & auctoritate citra eruditionem & sanctimoniā iactata. Suspendo ergo hic organum meū: donec conferat mecum alius melior.

## D E O R D I N E.

**H**oc sacramentū Ecclesia Christi ignorat / inuentūq̄ est ab ecclesia Papæ. Nō em̄ solū nullā habet p̄missionē gratiæ ullibi positā / sed ne uerbo quidē eius meminit totū nouū testamentū. Ridiculū autē est / asserere pro sacramēto dei quod a deo institutū nusq̄ potest mōstrari. Nō q̄ dammandū censeam eū ritū per tanta sæcula celebratū: sed q̄ in rebus sacris nolim humana cōmenta fingi: nec liceat astruere aliquid diuinitus ordinatū / q̄ diuinitus ordinatū nō est. ne ridiculi simus aduersario / conādūq̄ sit: ut certa & pura nobis sint omnia: clarisq̄ scripturis firmata: quæ pro articulis fidei iactamus: id quod in præsentī sacramento præstare ne tantillum quidē possumus.

¶ Nec habet Ecclesia potestātē nouas p̄missionēs gratiæ diuinas statuere: sicut qdā garriūt: q̄ nō mīoris sit auctoritatis q̄qd ab Ecclesia q̄ q̄ a deo statuitur: cū regat spirita sancto. Ecclesia em̄ nascitur uerbo p̄missionis per fidē: eodēq̄ alitur & seruat: hoc est: ipsa per p̄missiones dei cōstituit: nō promissio dei per ipsam. Verbum dei enim supra Ecclesiam est incomparabiliter: in quo nihil statuere: ordinare: facere: sed tantum statuis

ordinari fieri habet tanq̄ creatura. Quis em̄ suū parentē gignit? Quis suū autorē prior cōstituit? Hoc sane habet Ecclesia: qđ potest discernere uerbū dei a uerbis hominū, sicut August. cōfitef se Euāgelio credidisses motū autoritate Ecclesie q̄ hoc esse Euāgelium p̄dicabat. Nō q̄ ideo sit super Euāgelium: alioqn esset & sup deū cui credit, q̄ Ecclesia hūc esse deū p̄dicat: sed sicut alibi dicit Aug. Veritate ip̄a sic capīt anima: ut per eā de oībus certissime iudicare possit: sed ueritatem iudicare nō possit: dicere aut cogat infallibili certitudine: hāc esse ueritatē, Exēpli ḡa. Mens infal- libili certitudine pronūciat, iiii. & vii. esse decē: & tñ rationē reddere nō potest cur id uerū sit: cū negare nō possit uerū esse. capta scilicet ipsa & iudice ueritate / iudicata magis q̄ iudicāte. Talis est & in Ecclesia sensus il- lustrate spiritu / in iudicādis & approbādis doctrinis: quē demonstrare nō potest: & tñ certissimū habet. Sicut em̄ apud philosophos de cōmunib⁹ cōceptionibus nemo iudicat: sed oēs per eas iudicātur: ita apud nos de sensu spiritus: qui iudicat oēs: & a nemine iudicat. ut Ap̄tus ait.

¶ Verum hęc alias. Sit itaq̄ certum / Ecclesiam nō posse p̄mittere gratias quod solius dei est. quare nec instituere sacramentū. Quod si quā maxi- me posset: nō tamē statim sequeret / ordinē esse sacramentū. Quis em̄ scit quæ sit Ecclesia habēs spiritū: cū in his soli & pauci Ep̄scopi / aut docti adesse soleāt: quos possibile est nō esse de Ecclesia: & oēs errare: sicut sa- pius errauerunt Concilia / p̄sertim Constan: tenses: qđ omnium impiissime errauit. Id em̄ solū est fideliter probatū: qđ ab uniuersali Ecclesia: nō ran- tum Romana approbat. Quare permitto / Ordinē esse quendā ritum ecclesiasticū. quales multi alii quoq̄ per Ecclesiasticos patres sunt intro- ducti. ut cōsecratio uasorū / dornorū / uestium / aquæ / salis / candelabrū / her- barum / uini / & similiū: in quibus omnibus nemo ponit sacramentū esse: nec ulla in eis est promissio. Ita ungere manus uiri: radi uerticem: & id genus alia fieri: non est sacramentū dari. cum nihil eis promittatur: sed tantum ad officia quaedam: ceu uasa & instrumenta / parentur.

¶ At dices. Quid ad Dionysium dices: q̄ sex enumerat sacramēta: inter q̄ & Ordinē ponit in Ecclesiastica hierarchia? Respōdeo. Scio hūc solū au- torē haberi ex antiqs p̄ septenario sacramētorū: licet matrimonio omis- so / senariū tm̄ dederit. Nihil em̄ prius in reliqs patrib⁹ de istis sacramē- tis legim⁹. Nec sacramēti noīe cēsuerūt. quoties de his rebus locuti sunt. Recēs em̄ est inuētio sacramētorū. Atq̄ mihi (ut magis temerarius sim) in totū displicet: tantū tribui / quisq̄ fuerit / Dionysio illi. cū ferme nihil i eo sit solida eruditōis. Nā ea q̄ in celesti hierarchia de angelis cōminis- citur: in quo lib, sic sudarūt curiosa & supstitiosa igētia: qua rogo auto-



DE ORDINE.

49

ritate: aut ratiōe pbat. Nōne oīa sunt illius meditata: ac prope somnissī  
simillima: si libere legas & iudices! In Theologia uero mystica: quam sic  
Inflant ignorātissimī quidā theologistæ: etiā perniciosissimus est: plus  
Platonifans quā Christianifans: ita / ut nollem fidelē animū his libris  
operā dare uel minimā. Christū ibi adeo: nō discas: ut si etiā scias / amir-  
tas. Expertus loquor. Paulū potius audiamus: ut Iesum Christū: & hūc  
crucifixū discamus. Hæc est enim uia / uita / & ueritas / hæc scala per quā  
uenitur ad patrem. Sicut dicit. Nemo uenit ad patrem nisi per me.

¶ Ita in Ecclesiastica hierarchia / quid facit / nisi quod ritus quosdā eccle-  
siasticos describit: ludens allegoriis suis: quas nō probat! Quale apud  
nos fecit qui librū edidit qui Rationale diuinorū dicit. Ocioloꝝ homi-  
num sunt ista studia allegoriarū. An putas mihi difficile esse: in qualibet  
re creata allegoriis ludere! Nōne Bonauētura artes liberales allegorice  
duxit ad Theologiam! Deniq; Gerion Donatum minorē fecit mysticum  
theologū. Mihi nō fuerit operosum: meliorē hierarchiam scribere / quam  
Dionysii sit. cū ille Papā / Cardinales / Archiepiscopos ignorarit: & Epi-  
scopum fecerit supremū. Ei quis tā tenuis ingenii: qui allegoriis nō que-  
at periclitari! Nollem ego Theologum allegoriis operā dare: donec cō-  
summatus: legitimo scripturæ simpliciq; sensu fuerit. Alioquin / sicut Ori-  
geni cōtigit: non citra periculum theologisabit.

¶ Non ergo continuo sacramentum esse debet: quia Dionysius aliquid  
describit. alioquin cur non etiam sacramentū faciunt quā ibidem descri-  
bit processionē / quæ usq; hodie perseverat! Quin tot erunt illorū sacra-  
menta: quot aucti sunt in Ecclesia ritus & cerimonie.

¶ Huic tñ tā debili fundamēto nixi / Characteres effinxerūt: quos huic suo  
sacramēto tribuerūt: q̄ imprimerent ordinatis indelibiles. Vnde q̄so ta-  
les cogitationes! Qua autoritate: qua ratione stabiliunt! Nō qd̄ nolim⁹  
eos esse liberos ad fingendū / dicendū / asserendū quicqd̄ uel libuerit: sed  
nostrā quoq; libertatē asserimus: ne ius sibi ipsis arrogēt: ex cogitatio-  
bus suis articulos fidei faciēdi: sicut hætenus p̄sumpserunt. Satis est / nos  
p̄ cōcordia eorū ritibus & studiis attēperare: sed cogi tanq̄ necessariis ad  
salutē: quæ necessaria nō sunt / nolumus. Dimittāt ipsi tyrānidis suæ ex-  
actionē / & nos exhibebimus liberum eorū sensui obsequiū. ut sic in pace  
mutua inuicē agam⁹. Turpe em̄ est & iniquiter seruire: Christianū hoīem  
qui liber est / aliis q̄ cœlestibus ac diuinis subiectū esse traditionibus.

¶ Post hoc apprehendūt extremū roboris sui. Nepe / q̄ Christus in cœ-  
na dixit. Hoc facite in meā cōmemorationē. Ecce hic inquit / Christus  
eos ordinauit in sacerdotes. Hinc inter cætera & hoc duxerūt solis sacer-

H III

dotibus utrāq; spectē esse dandā. Deniq; qd uis hinc suxerūt: ut q; liberrē  
arbitriū sibi arrogarint/ e uerbis Christi ubilibet dictis quodlibet asserere.  
Sed est hoc uerba dei interpretari? Respōde quāso, Christus hic nihil  
p mittit/ sed tātū p̄cipit fieri istud ī suā memoriā. Cur nō cōcludūt: & ibi  
esse ordinatos sacerdotes: ubi ip̄onēs officiū uerbi & baptis̄matis dicit.  
Ite in orbē uniuersū: & p̄dicare Euangeliū omni creaturā: baptis̄mantes  
eos in nomine &c. cū sacerdotū sit ppriū p̄dicare & baptis̄mare! Deīde  
cū hodie sacerdotis ul' primariū opus sit: & (ut dicūt) id īspēsabile/ legere  
horas canōicas / cur nō ibi ordinis sacramētū cōceperūt ubi Ch̄sus ora  
re p̄cepit/ ut aliis locis multis: ita p̄cipue in horto: ne intrent ī tētationē!  
Nisi hic elibant: q; nō sit p̄ceptū orare sufficit em̄ legere horas canōicas  
ut sic sacerdotale illud opus nusq; e scripturis p̄betur: ac per hoc illud sa  
cerdotium orationale nō sit ex deo, sicut uere nō est.

¶ Quis uero patrum antiquorū asseruit his uerbis ordinatos esse sacer  
dotes? Vnde ergo ista intelligentia noua? Scilicet: quod hac arte quāsitū  
e: ut seminarium discordiā implacabilis haberetur: quo clerici & laici  
plus discernentur quā cōelum & terra/ ad incredibilē baptis̄malis gra  
tiā iniuriam: & euangelicā cōmunionis confusionem.

¶ Siquidē hinc cōepit tyrānis ista detestabilis clericorū in laicos/ qua fū  
dicia corporalis unctiōis/ quo man⁹ eorū cōsecrātur: de inde rasurā: &  
uestiū: nō modo ceteris laicis christiāis q; spiritu sancto uncti sunt sese  
p̄ferūt: sed ferme ut canes indignos qui cū eis in Ecclesia numerantē ha  
beant. Hinc quiduis mandare: exigere: minari: urgere: p̄mere audent.

Summa: sacramētū Ordinis pulcherrima machina fuit: & est: ad stabili  
enda uniuersa portēta quæ hactenus facta sūt: & adhuc fiūt in Ecclesia.  
¶ Qui si cogerētur admittere: nos omnes esse æqualiter sacerdotes: qd  
q; baptis̄matis sumus: sicut reuera sum⁹: illisq; solū ministeriū nostro tamē  
cōsensu cōmissū / scirent simul nullū eis esse super nos ius imperii: nisi  
quāt ī nos spōte nostra admitteremus. Sic em̄ ī. Pet. ii. dicitur: Vos estis  
genus electū: regale sacerdotiū: & sacerdotale regnū. Quare oēs sumus  
sacerdotes: quotquod Christiani sumus. Sacerdotes uero quos uocam⁹  
ministri sunt ex nobis electi: qui nostro nomine omnia faciant. Et sacer  
dotiū aliud nihil est quā ministeriū. Sic. ii. Corint. iii. Sic nos existimet  
homo sicut ministros Christi & dispensatores mysteriorū dei.

¶ Ex quibus fit: ut is qui nō p̄dicat uerbū: ad hoc ipsū p̄ Ecclesiā uocatus:  
nequāq; sit sacerdos. Et sacramētū Ordinis aliud esse nō possit/ q̄ iustus  
quidā eligendū Cōcio natoris in Ecclesia. Sic em̄ p̄ Malachiā. ii. definit  
sacerdotē: Labia sacerdotis custodiūt sciētīā: & legē ex ore eius requirētis

quia angelus domini exercituum est. Certus ergo sis: qui non est angelus domini exercituum: aut ad aliud quam ad angelatum (ut sic dixerim) uocatur sacerdos profus non sit. Sicut Osee. iiii. dicit. Quia tu repulisti scientiam: repellam te & ego: ne sacerdotio fungaris mihi. Inde enim & pastores dicunt: quod pascere id est: docere debeant. Quare eos quantum ad horas legendas & Missas offerendas ordinatur: esse quidem papisticos: sed non Christianos sacerdotes. quia non modo non predicant: sed nec uocantur ad predicandum: Immo hoc ipsum agitur: ut sit sacerdotium eiusmodi alius quidem status ab officio predicandi. Itaque Horales & Missales sunt sacerdotes: id est idola quaedam uiua: nomen sacerdotii habentia. cum sint nihil minus, quam sacerdotes Hic roboa in Bethauen ordinauit de infima fece plebis: non de genere Leuitico.

¶ Vide igitur quorsum migrarit gloria Ecclesiae. Repleta est omnis terra sacerdotibus: Episcopis: Cardinalibus: & clero: quorum tamen (quantum ad officium spectat) nullus predicat: nisi denuo alia uocatione ultra ordinem sacramentalis uocetur: sed ab uide suo sacramento se satisfacere putat: si bartologiam legenda per eum emurmuret / & missas celebret deinde / eas ipsas horas nunquam oret aut si oret: per se oret: atque Missas suas (quae summa est puerilitas) ceu sacrificium offerat. cum Missa sit usus sacramenti. ut perspicuum sit. Ordinem qui uelut sacramentum hoc hominum genus in clericos ordinat: esse uere: mere: omnino: quod signum ex hominibus natum: nihil de re Ecclesiastica / de sacerdotio: de ministerio uerbi / de sacramentis: intelligitibus ut quae est sacramentum / tales & habeat sacerdotes. Quibus erroribus & caecitatibus. id accessit maioris captiuitatis: quo se latius a ceteris Christianis: tamquam prophetais: secernerent: se ipsos sicut Galli Cybelis sacerdotes castrauerunt: & coelibatu onerantur simulatissimo.

¶ Nec satis erat hypocrisis & operatio erroris huius digamiam prohibere: hoc est ne quis duas uxores haberet simul / ut lege fiebat (id enim digamiam significare scimus) sed digamiam interpretati sunt: si quis duas successive uirgines duxisset: aut semel uiduam. Immo sanctissima ista sanctitas huius sacrosacratissimi sacramenti ratio ualet: ut nec sacerdotari possit qui uirginem duxerit uiuere eadem uxore: ac ut summum fastigium sanctitatis attingat: etiam is arceat a sacerdotio qui ignorans & merae infelicitatis casu corruptam uirginem duxerit. At si sexgeras meretrices polluerit: aut marronas ac uirgines quoslibet concuprarit: aut etiam Ganymedes multos aluerit: nihil impedimento fuerit uel Episcopum / uel Cardinalem: uel Papam eum fieri. Tu illud Apostoli: unus uxor is uir: sic interpretari oportet: id est: unius Ecclesiae platus. Inde incorruptibilia manarunt beneficia: nisi Papa dispensator magnificus: unum. lxx. uxores: id est: Ecclesias copulare uoluerit: pecunia uel gratia corruptus / hoc est: pia charitate motus / & ecclesiarum sollicitudine districtus.

**Q**uod dignos potestates hoc venerabili sacramento Ordinis. O principes non catholicarum ecclesiarum: sed satanicarum synagogarum: imo tenebrarum. Libet hic cum Isale clamare. O uiri illusores: qui dominamini super populum meum qui est in Hierusalē. Et illud Amos. vi. Ve vobis qui opulenti estis in Zion: & confiditis in monte Samarie. Optimates: capita populorum: ingrediētes pompatice domum israhel &c. O ignominiam Ecclesie dei: quam ex his monstris sacerdotalibus, contrahit. Vbi sunt Episcopi aut sacerdotes qui sciāt Euāgelium: nedum predicet? Ut quid ergo sese iactāt sacerdotes? Cur aliis Christianis tanquam sanctiores & meliores & potētiore haberi volūt? Horas legere: ad quos ideotas non pertinet: seu (ut Apostolus ait) ad linguam loquētes: Horas autē orare ad monachos/eremitas/priuatosque homines: & eos laicos pertinet. Sacerdotis munus est predicare: quod nisi fecerit: sic est sacerdos sic homo pictus est homo An Episcopum faciat ordiāre tales sacerdotes battalagos? An Ecclesias & campanas consecrare? An pueros confirmare? Non. Hec uel diaconus/uel laicus quilibet faceret. Ministerium uerbi facit sacerdotem & Episcopum.

**F**ugite ergo meo consilio: quicumque tuto uiuere uultis: fugite iuuenes: nec istis sacris initiāmini: nisi aut euāgelizare uolueritis: aut nisi uos hoc ordinis sacramento nihilo laicis meliores factos credere potest. Non enim horas legere aliquid est. Deinde/missam offerre/sacramentum percipere est. Quid ergo in uobis manet/ quod non in quouis laico maneat? Rasura & uestis? Miserum sacerdotem quod rasura & ueste constat. An oleum digitis uis infusum? At Christianus quilibet oleo sancti spiritus unctus & sanctificatus est corpe & anima: & olim sacramentum manibus tractabat non minus quam nunc sacerdotes faciunt. Licet nostra superstitio laicis nunc magnam reatum iniciat: si uel calicem nudum: aut corpale attigerit. Nec Moniali quod sanctae uirgini liceat lauare pallas altaris: & lintheamina sacra. Vide per deum/sacro sanctam Ordinis huius sanctitatem: quantum profecerit. Futurum spero/ ut nec altare liceat attingere laicis: nisi dum numos obtulerint. Ego pene diripor: cogitans has impiissimas hominum temeratissimasque tyrānides: tam nugacibus & puerilibus nugis/ libertatem & gloriam Christianae religionis illudentium & pessundantium.

**E**sto itaque certus: & sese agnoscat quicumque se Christianum esse cognouerit: oēs nos aequaliter esse sacerdotes/ hoc est/ eandem in uerbo & sacramento quocumque habere partem. Verum non licere quemquam hac ipsa uti: nisi consensu civitatis: aut uocatione maioris. Quod enim omnium est communiter/ nullus singulariter potest sibi arrogare: donec uocet. Ac per hoc/ Ordinis sacramentum: si quicumque est esse nihil aliud: quam ritum quendam uocandi alicuius in ministerium ecclesiasticum. Deinde sacerdotium proprie esse/ non nisi ministerium uerbi: uerbi inquam non legis:

DE EXTREMO VNCTIONE 63

legis: sed Euāgelii Diaconiū uero: eē ministeriū nō legēdi Euāgelii aut Epistolā: ut hodie usus habet: sed opes Ecclīe distribuēdi paupibus. ut sacerdotes leuent onere rerū tpaliū: & orōni ac uerbo liberius instent. Hoc em cōsilio legim⁹ Actuū. v. Diaconos īstitutos: atq; ita eū q uel ignorat: uel nō p̄dicat Euāgelii: nō mō nō esse sacerdotē uel episcopū: sed pestē quandā Ecclesiae: q sub titulo falso sacerdotis & episcopi: ceu sub pelle ouina Euangeliū opprimat: & lupū in Ecclesia agat. Quare ii sacerdotes & episcopi qbus hodie referta est Ecclesia: nisi alia rōne salutē suā operent: hoc est: nisi agnoscāt sese nec sacerdotes nec ep̄os esse: doleātq; se nomē gerere/ cuius opus aut nesciūt: aut nō possunt īplere: sicq; ofoni- bus & lachrymīs suā hypocrisis miserā sortē deplorēt: uere sunt popul⁹ perditōis aeternae: ac de eis illud Esaia. v. uerificabit. Captiuus ductus est populus meus: eo qd nō habuerit scientiā: & nobiles eius interierunt famā: & multitudo eius siti exaruit. propterea dilatauit infernus animā suā: & aperuit os suū absq; ullo termino. Et descēdent fontes eius: & populus eius: & sublimes eius: & gloriosi eius in eū. O uerbū horrendū nostro saeculo: quo tanta uoragine absorbentur Christiani.

Quantū ergo e scripturis docemur: cū ministeriū sit id qd nos sacerdotiū uocam⁹: pr̄sus nō uideo/ qua rōne rursus neqat laicus fieri semel sacerdos factus. cū a laico nihil differat: nisi ministerio. A ministerio at deponi adeo nō sit īpossibile / ut passim ea etiā nūc celebret uindicta in culpabiles sacerdotes: dū aut suspendunt tpaliter: aut ppetuo priuant officio suo. Nā cōmentū illud characteris īdelebilis/ iā olim irrisum est. Cōcedo ut Characterē hūc Papa imprimat ignorāte Christo: sitq; hoc ipso sacerdos eo cōsecratus: nō tam Christi quā Papae ppetuus seruus & captiuus. sicut est dies hęc. Caterū/ nisi fallor/ si ruat hoc sacramentū & cōmentū aliqñ: uix subsistet ipse Papatus cū suis characteribus: redibitq; ad nos lata libertas: qua nos oēs aequales esse quocūq; iure intelligemus: & excusso tyrannidis iugo/ sciemus: quod qui Christianus est: Christū habet/ qui Christū habet: omnia quae Christi sunt habet: omnia potens: de quo plura & robustius/ ubi ista amicis meis Papistis displicere sensero.

DE SACRAMENTO  
EXTREMAE VNCTIONIS.

**H**ic vngendorū infirmorū ritui: duas additōnes sese dignas addiderūt Theologi nostri. Vnam/ quod sacramentū appellāt. Alterā quod extremā faciāt: sitq; nunc sacramentū extremae vnctionis:

quæ nisi in extremo uitæ agētibus periculo dari nō debeat. forte (ut sunt arguti Dialectici) relationem fecerūt ad unctiōem primā baptisimī: & sequentes duas cōfirmationis & ordinis. Verū habent hic quod in os mihi retundant. Nempe / quod autoritate Iacobi apostoli: hic promissio & signum sit: quibus ego sacramentū constitui hactenus dixi. Dicit enim.

*7at: 5.* Si infirmatur quis in uobis: inducat presbyteros Ecclesiæ: & orent super eum: ungentes eum oleo in nomine domini. Et oratio fidei saluabit infirmum: & alleuiabit eum dominus: & si in peccatis sit: remittentur ei. Ecce inquit / promissio remissionis peccatorum / & signum olei.

¶ Ego autē dico: si uspiam deliratum est: hoc loco præcipue deliratum est. Omitto enim / quod hæc Epistolam nō esse apostoli Iacobi: nec apostolico spiritu dignam: multi ualde probabiliter asserunt: licet cōsuetudine autoritatē / cuiuscūq; sit: obtinuerit. Tamē si etiā esset apostoli Iacobi / diceret: non licere / Apostolū sua autoritate sacramentū instituire: id est: diuinā promissionē cum adiuncto signo dare. hoc enim ad Christū solū pertinebat. Sic Paulus sese accepisse a domino dicit sacramentū Eucharistiæ: & missum non ut baptiset: sed ut euangeliset. Nusquā autē legitur in Euangelio: unctiōnis istius extremæ sacramentū. Sed missa faciamus & ista. Apostoli / siue quisquis fuerit Epistolæ autor: ipsa uideamus uerba: & simul uidebimus quā nihil ea obseruarint: qui sacramenta auxerunt.

¶ Primū / si uerū putat & seruandum quod Apłus dicit: qua autoritate mittat & resistit? Cur faciūt ipi extremā & singularē unctiōem ex ea: quā Apłus uoluit esse generalē? Neq; enim Apłus extremā esse uoluit & solum morituris dandā: sed absolute dicit. Si q; infirmat. nō dicit: si q; morit. Neq; enim curo qd Dionysii ecclīastica hierarchia hic faciat: ipsa Apłi uerba apta sunt: quibus & ille & isti pariter nitunt: & tñ nō sequunt: ut appareat eos nō autoritate ulla: sed suo arbitrio / ex uerbis Apłi male intellectis sacramentū & unctiōem extremā fecisse: cum iniuria ceterorum infirmorum quibus uī propria abstulerūt ungenti beneficiū ab Apłō institutū.

¶ Sed illud pulchrius: quod promissio Apłi expresse dicit. Oratio fidei saluabit infirmū: & alleuiabit eum dñs. &c. Vide / Apłus in hoc ungi & orari p̄cipit: ut infirmus sanet & alleuetur: hoc est / nō moriat: nec sit extrema unctio. quod & usq; hodie probat preces inter ungentū dictæ: quæ infirmū restitui petunt. Illi cōtra dicūt: nō esse dandā unctiōem nisi discessuris: hoc est: ut nō sanentur & alleuietur. Nisi res ista esset seria: q; risum posset tenere super tam bellis / aptis / & sanis Apłicorum uerborum glossis? Nōne hic aperte deprehendit insipientia sophistica: quæ ut hoc loco: ita multis alijs hoc affirmat quod negat scriptura: hoc negat qd illa as-

firmat! Quin igitur gratias agimus tam eximius magistris nostris! Recte igitur dixi: nullum insignius esse deliratum ab illis quam hoc loco.

¶ Vltimus si unctio ista sacramentum est: debet sine dubio esse (ut dicunt) efficax signum eius quod signat & promittit. At sanitatem & restitutionem infirmi promittit: ut stant apta verba. Oratio fidei infirmum: & alleviabit eum dominus. Quis autem non videt hanc promissionem in paucis / imo nullis impleri? Inter mille enim vix unus restituit: idque nemo sacramento / sed naturae vel medicinae beneficio fieri putat. nam sacramento contrariam vim tribuit. Quid ergo dicemus? Aut Apulus hac promissione mentitur: aut unctio ista sacramentum non erit. Promissio enim sacramentalis certa est: at haec in maiori parte fallit. Quin / ut iterum Theologorum istorum prudentiam & vigilantiam cognoscamus: ideo extremam esse voluit unctionem: ne stet ista promissio: hoc est: ne sacramentum sit factum. Si enim extrema est: non sanat: sed cedit infirmitati. Si autem sanat: extrema esse non debet. Ita fit horum Magistro interpretatione: ut Iacobus intelligat sibi ipsi contradixisse: & ne sacramentum institueret / sacramentum instituisse: dum ideo extremam voluit unctionem: ut non sit verum: sanari per eum infirmum: quod ille statuit. Si hoc non est insanire: rogo quid est insanire?

¶ Contingit his illud Apostoli. i. Timoth. i. Volentes esse legis doctores eum ignoret quid loquantur: aut de quibus affirmet. Sic omnia citra iudicium legunt & sequuntur. Eadem enim oscitantia & confessionem auriculari ex hoc Apostolo hauserunt / dicente. Confitemini alterutrum peccata vestra. Sed nec hoc servat istis: quod Apulus iubet presbyteros Ecclesiae adduci: & super infirmum orari. Vix unus sacerdotulus nunc mittitur: cum Apulus velit multos adesse: non propter unctionem: sed propter orationem. unde dicit. Oratio fidei salvabit infirmum. &c. quantum incertum est mihi: an sacerdotes velit intelligi: cum dicat / presbyteros. id est. seniores. Neque enim continuo sacerdos aut minister est / qui senior est: quo suspicari possis / Apostolum voluisse: ut seniores & graviores in Ecclesia visiterent infirmum: quod opus misericordiae facientes: & in fide orantes eum sanarent: quantum negari non possit / Ecclesias olim a senioribus fuisse rectas: absque istis ordinationibus & consecrationibus: propter aetatem & longum rerum usum in hoc electis.

¶ Quare hanc unctionem eandem ego esse arbitror / quam Marci ult. de Apulis scribit. Et ungebat oleo multos aegrotos: & sanabat. ritum scilicet quandam primitivae Ecclesiae: quo miracula faciebant super infirmis: quae iam dudum defecit. Quae admodum & Marci ult. Christus donat credentibus ut serpentes tollant / & super aegros manus ponant. &c. Ex quibus verbis / mirum est: quod non etiam sacramenta fecerint. cum sint similis virtutis & promissionis cum verbis his Iacobi. Non ergo factum est extrema ista. id est. ficta unctio / sed consilium Iacobi:

quo possit qui uelit uti: sumptū ac relictū ex Euāgelio Mar. ult. ut dixi.  
 Neq̄ enī credo datū infirmis q̄busuis: cū Ecclesiæ gloria sit infirmitas:  
 & mors lucrū: sed his tantū/q̄ impatiētius & rudī fide infirmitatē ferrēt.  
 Quos ideo reliquit dominus: ut in eis miracula & uirtus fidei emīnerēt.  
 ¶ Et hoc ipsum caute/ & de industria Iacobus p̄uidit: dum promissionē  
 sanitatis & remissionis peccatorū nō distribuit vnctioni: sed oratiōi fidei  
 Sic enī dicit. Et oratio fidei saluabit infirmū: & alleuiabit eū dñs: & si in  
 peccatis fuerit/ remittent̄ ei. Sacramentū em̄ non exigit orationē aut fidē  
 ministri: cū impius etiā baptiset & cōsecret absq̄ oratiōe. Sed nititur in  
 sola p̄missione & institutiōe dei: exigēs fidē suscipiētis. In nostræ autem  
 extremæ unctiōis hodiernæ usu/ ubi est oīo fidei! Quis ea fide orat sup  
 infirmū/ ut nō hæsitet eū restitui! Nā talē orationē fidei Iacobus hic de/  
 scribit de qua & in principio dixerat. Postulet aut̄ in fide nihil hæsitās.  
 Et Christus. Quæcūq̄ petieritis/ credite/ quia accipietis: & fiet uobis.  
 ¶ Prorsus nō est dubiū: si hodie quoq̄ talis oratio fieret sup infirmū. id  
 est: a senioribus/ grauioribus/ & sãctis uiris: plena fide sanari quotquot  
 uellemus. Fides em̄ qd nō posset! At nos fide neglecta (quā maxie exigit  
 hæc Aplī autoritas) deinde q̄uis sacerdotū uulgus: p̄ p̄sbyteros uiros  
 scilicet ætate & fide præstātes intelligim⁹. Deinde extremā e quotidiana  
 aut libera unctiōe facimus: tandē effectū p̄missæ ab Aplō sanitatis non  
 solū nō impetramus: sed etiā cōtrario effectū euacuamus. Nihilō tamē  
 minus iactamus nostrū sacramentū: imo figmentū hac Aplī sententiæ:  
 plus quā per bis diapason repugnāte: fundari & p̄bari. O Theologos.  
 ¶ Igit̄ hoc unctiōis extremæ nostrū sacramentū nō dāno: sed hoc esse  
 quod ab Apostolo Iacobo p̄scribitur/ cōstanter nego: cū nec forma: nec  
 usus/ nec uirtus/ nec finis eius cū nostro cōsentiat. Numerabimus tñ ip̄m  
 inter ea sacramēta q̄ nos cōstituimus: ut sunt salis/ & aquæ cōsecratio &  
 aspersio. Neq̄ em̄ negare possumus: creaturā quālibet p̄ uerbū & oratiō/  
 nem sctificari: quod Aplūs Paulus nos docet: ita nō negamus/ per extre/  
 mam unctiōe dari remissionē & pacē. non q̄a sacramentū sit diuinitus  
 institutū: sed quia suscipiēs ita credit sibi fieri. Fides enī suscipiētis non  
 errat: quantūlibet minister erret. Si em̄ ioco baptisans aut absoluēs: hoc  
 est/ nō absoluēs (quantū ad ministrū p̄inet) reuera absoluit & baptisat:  
 si credat baptisandus & absoluendus: quāto magis ungens extrema un/  
 ctione pacificat: etiā si reuera nō pacificet: si ministeriū spectes. cū nullū  
 sit ibi sacramentū. fides em̄ vncti etiā hoc accipit: qd cōferens aut nō po/  
 tuit: aut nō uoluit dare. Sufficit em̄ vncto uerbū audire & credere. Quic  
 qd em̄ credimus nos accepturos esse: id reuera accipimus: quicq̄ agat:



nō agat: simulet/ aut iocet minister. Stat em̄ Christi sentētia. Credētī oīa  
possibilia sūt. Et iterū. Fiat tibi sicut credidisti. Vex Sophistæ nri de hac  
fide nihil in sacramētis tractāt: sed in uirtutibus ipsīs sacramentorū totis  
studiis nugātur: semp discētes: & nunq̄ ad scientiā ueritatis perueniētes.  
¶ Profuit tamē/hanc vñtionem factā esse extremā: quia hoc beneficio  
mi uime omniū uexata ac subiecta est tyrannidi & quæstui relicta scilicet  
hac una misericordia morituris: ut libere possint inungi: etiam nō con/  
fessi/nec cōmunicati. Quæ si permāsisset quotidiana: praesertim si & in/  
firmos sanasset: etiā si peccata nō tulisset: quos putas orbis terrarū non  
haberēt hodie Pontifices: qui unius poenitentiae sacramēto: & clauibus  
ac ordinis sacramēto tantī euaserunt Imperatores & Principes: At nūc  
feliciter habet: quod sicut orationem fidei cōtemnunt: ita nullum infir/  
mum sanant: & e veterē ritu nouum sibi finxerunt sacramentum.

¶ H A E C de quatuor istis sacramētis nūc satis fuerint: quæ scio quā  
sint displicitura iis/ qui numerum & usum sacramentorū nō e scripturis  
sacris: sed e Romana sede putant petendos esse. Quasi Romana sedes  
sacramēta ista dederit: ac nō potius acceperit e scholis Vniuersitatū: qui  
bus & omnia quæ habet sine cōtrouersia debet. Neq̄ em̄ staret tyrannis  
Papistica tāta: nisi tantū accepisset ab Vniuersitatibus: cū uix fuerit in/  
ter celebres Episcopatus alius quispiā q̄ minus habuerit eruditorū Pon/  
tificum. Vi/dolo/ac superstitione tantū ceteris haectenus praualuūt. Qui  
em̄ ante mille annos in ea sederūt: tanto interuallo ab iis q̄ interim cre/  
uerunt/distāt: ut aut illos/aut hos cogatis negare Romanos Pōtifices.

¶ Sunt praeterea nōnulla alia/ quæ inter sacramēta uideātur cēseri pos/  
se. Nempe/ oīa illa q̄bus facta est promissio diuina: qualia sunt Oratio/  
Verbū/ Crux. Nam Christus orantibus promisit exauditionē in multis  
locis: praesertim Lucae. xi. ubi parab. lis multis ad orandū nos iuitat. Et  
de uerbo. Beati q̄ audiunt uerbū dei: & custodiūt illud. Quis autē percē/  
feat: quoties tribulatis/patientibus/humiliatis promittat adiutorium &  
gloriam: Immo qs enumeret omnes dei promissiones: cum tota scriptu/  
ra hoc agat: ut nos ad fidē prouocet. hinc praecipis & minis urgens:  
illinc promissionibus & cōsolationibus iuitans. Sigdem oīa quæ scripta  
sunt: aut praecipis: aut promissa sunt. praecipis humiliāt superbos exac/  
tionibus suis: promissa exaltant humiliatos remissionibus suis.

¶ Proprie tñ ea sacramēta uocari uisum est: quæ annexis signis pmissa  
sunt. Cætera q̄ signis alligata nō sunt: nuda pmissa sunt. Quo fit: ut si  
rigide loquolumus: tñ duo sunt in Ecclesia dei sacramēta / Baptismus/  
& Panis: cū in his solis & institutū diuinit⁹ signū: & pmissionē remissionis



peccatorū uideamus. Nā Pœnitentiæ sacramentū: quod ego hīs duobus accessui: signo uisibili & diuinitus instituto caret: & aliud nō esse dixi / quā uia & reditū ad baptismū. Sed nec scholastici dicere possunt / suā diffinitionē posse cōuenire Pœnitentiæ: qui & ipsi sacramēto signū uisibile ascribunt: quod formā ingerat sensibus eius rei / quā inuisibiliter operat. At pœnitentiā seu absolutio tale signū nullū habet / quare & ipsi cogētur p̄pria diffinitione aut negare pœnitentiā esse sacramentū: & sic numerum eorum imminuere: aut aliam sacramentorū afferre definitionem.

¶ Baptismus autē: quē toti uitæ tribuimus: recte pro oībus sacramētis satis erit / quibus in uita uti debeamus. Panis autē uere morientū & excedentiū sacramentū. Siqdem in eo transitū Christi ex hoc mūdo memoramur: ut ipm imitemur. Et sic distribuam⁹ hæc duo sacramēta: ut baptismus initio & totius uitæ cursui: panis autē termino & morti deputet: atq; Christianus utroq; exerceat in hoc corpusculo: donec plene baptisat⁹ & roboratus trāseat ex hoc mūdo: natus in æternā nouā uitā: māducatur⁹ cū Christo in regno patris sui: sicut in ecena p̄misit dicēs. Amē dico uobis: amodo nō bibā de hoc genimine uitis: donec impleat in regno dei. ut aperte uideat / sacramentū panis ad futurā uitā acceptandā instituisse. Tūc em̄ re utriusq; sacramētī impleta: cessabit baptismus & panis.

¶ FINEM hīc faciā huius præludii: quod piis oībus qui syncerā scripturæ intelligentiā: germanūq; sacramentorū usum desyderāt nosse: libēs & gaudēs offero. Est em̄ nō parui momētī donū: nosse ea quæ nobis data sunt. ut. i. Corint. ii. dicif: & qua ratiōe donatis uti oporteat. Hoc em̄ spiritus iudicio instructi / nō fallaciter innitemur his quæ secus habēt. Has duas res cū nobis Theologi nostri nusquā dederint: quin uelut data opera obscurarint: ego si nō dedi: certe id effeci / ne obscurarē: & aliis occasionem p̄bui meliora cogitādi. Conatus meus saltē fuit: ut exhiberē utriq;. Non tamē omnia possumus oēs. Impiis uero / & qui pro diuinis sua nobis pertinaci tyrānide inculcant: fidens & liber ista obrudo: nihil moratus indoctā ferociā. quanq; & ipsis optem sanū sensum: & eorū studia non contemnā: sed tantū a legitimis ac uere Christianis discernam.

¶ Auditū em̄ audio: paratas esse denuo in me Bullas: & diras Papisticas: qbus ad reuocationē urgear: aut hæreticus declarer. Quæ si uera sūt hūc libellū uolo partem esse reuocationis meæ futuræ: ne suā tyrannidē frustra inflatā quærant. reliquā partē propediē editurus sum talē / Christo p̄picio / qualē hætenus nō uiderit / nec audierit Romana sedes: obedientiā meā abunde testaturus. in nomine dñi nr̄i Iesu Christi. Amen.

F I N I S.

R S M.




Hostis Herodes impius,  
Christum venire quid times.  
Non arripit mortalia  
Qui regnat coelestia.

M 2 3

L A E T A  
L I B E R T A S.

Quisquis hoc videt  
Non avertat oculos  
Christum vultu dicit sine  
Hoc est veritas signet







Nec blando Ino, per Caelo credi sereno,  
Nam simili causa, Inus mutatur Causa &  
Martialis.  
Ingritudine viam Caelo licet usq; sereno,  
Non tamen ad subitas fronta dicit aquas. f

AB 53 352

ULB Halle

003 343 936




3

86







*K adam*

DECA  
PTIVITATE  
BABYLO  
NICA  
ECCLESIAE  
PRAELVDIVM  
Martini Lutheri

No 1284 \*

